Polenaar, B. J.
Tirocinia critica in
Aristotelis Politica

# TIROCINIA CRITICA

IN

# ARISTOTELIS POLITICA.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE,

SCRIPSIT

B. J. POLENAAR.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD IAC[M]. HAZENBERG CORN[I]. FIL[M]
MDCCCLXXIII.

# TIROCINIA CRITICA

IN

# ARISTOTELIS POLITICA.

# TIROCINIA CRITICA

IN

# ARISTOTELIS POLITICA.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE,

SCRIPSIT

B. J. POLENAAR.

LUGDUNI-BATAVORUM,

APUD IAC^M^. HAZENBERG CORN^I^. FIL^M^.

MDCCCLXXIII.


LIBRARY
JAN 18 1967
UNIVERSITY OF TORONTO

# PRAEFATIO.

---

Editurus specimen hoc inaugurale ad summos in Facult. Phil. Theor. et Litt. Hum. rite et legitime acquirendos honores, pauca habebam, quae praemonenda mihi viderentur. Et primum quidem si per res meas mihi licuisset, hanc dissertationem, donec ingenio meo firmiora doctrinae adiumenta quaesissem, ut *παρθένον κατάκλῃστον* domi tenuissem. Nam cum cogito, de quo nobili scriptore egerim, vehementissime animo commoveor et contremisco ne, dum philosophorum principi critice studuisse videri voluerim, et indoctus et imprudens videar. Hac autem critica arte, praesertim si quis peccat in gravissimi scriptoris opere, qui imprudentiae reus fit, ne impudentiae quidem crimen evitare potuerit. Itaque uno tantum solatio — si tamen est — confirmatus sum, quod dissertationes inaugurales fere non legantur, quodque, si quae legatur, non tam quaeri soleat, quid dixerit auctor, quam quid in posterum, viribus corroboratis, promiserit. Sit igitur haec quoque quasi obses et Academ. Lugd.-Bat. et patriae amatissimae, me ita litteris antiquis in primis Graecis operam esse daturum, ut veri-

tatem rationemque sanam, quantum per vires liceat, sequar, neque unquam coner τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν ex pravo antiquitatis stupore; denique ut velim ex antiquis et litteris et rebus publ. bene intellectis emendatum aliquid ad communem fructum aliquando afferre.

Atqui hac praefatione non ita utor, ut diffisus viribus meis ipse meam causam deseram. Immo nisi nunc alienis rationibus, aut postea etiam meis ipsius studiis sententiam hanc vel illam permutandam esse edoctus fuero, in iis, quae protuli, permanebo. Modestiae enim genera duo sunt. Alterum est, quod nemo acrius breviusque notavit, quam Germanorum summus ille poeta Goethe quum dixerit, mendicos et leves et improbos solos esse modestos („nur Lumpe sind bescheiden"); alterum est, quod iure laudatur in moderatis hominibus temperatisque. Fieri enim non potest ut nisi qui aut imbecillis, aut varius aut fucatus sit, titubanter et dubie sententiam suam proponat eamque defendere non audeat. Contra si sententiam sententia vicerit melior ex perverso disputandi amore, aut quia qui defendit sibi nimis placeat, confiteri nolle se errasse, neque tum quidem quidquam mutare velle, hoc vero est et arrogantis et impudentis.

Itaque hanc potissimum ob causam tritum illud Horatii praeceptum, si fieri potuisset, secutus fuerim, ut inter alienos, qui mihi obloquerentur, idem ego esse possem. Accessit alia graviorque causa, quam ob rem invitus fecerim, ut haec iam ederem. Totam hanc commentationem eo scripseram consilio, ut editionem, quam Bekk. secundum libr. mss. fidem dederat atque iteraverat, ostenderem iniuria integritatis speciem referre, quum ei libri postquam multis locis rimas egissent, a librario quodam ita essent retractati, ut callidius quam sapientius eas quasi obduceret, utque prae-

terea vastam scholiorum struem ad eos libros coacervatam cum iis ipsis socors conglutinaret. Necesse igitur esse, ut Aristot. qui vocantur libri de Rep: 'Ἀριστοτέλους τὰ πολιτικά' — quo nomine exemp. gr. Richardus Congreve (duce Bekkeri editione) edidit angliceque illustravit, — ita denuo edantur, ut qui intelligere malunt lectores quam vel admirari et laudare vel explicare sive potius contorquere, haberent quae revera Aristotelis nomine digna laudarent. Neque enim quia Ar. ab inani verborum iactatione quam maxime abhorruit, ideo iam consentaneum esse videtur, ut interdum furibundo similis vel plane imperfectum sermonem profunderet, vel etiam sententias emitteret, quae, vix inchoatae neque ullo inter se non sermonis modo vinculo sed ne cogitationis quidem coniunctae, eorum qui legerent animos incautos vexarent. Quod tamen eum fecisse, si quidem libris mss. credendum est, quum exemplis prolatis ostendere essem conatus, ecce affertur mihi opus, cuius primo iam aspectu exclamabam: „doctum, Juppiter, et laboriosum!"

Inscribitur: Arist. Pol. libri VIII cum vetusta translatione Guilelmi de Moerbeka, recensuit Franciscus Susemihl (accedunt variae lectiones œconomicorum.)

Lips. in aed. B. G. Teubneri MDCCCLXXII.

Postea cum opus inspexissem facile videbam, necesse iam esse in posterum, ut qui aliquid de nostris libris scribere velint, vel eos ipsos denuo edere, a Susemihli mira accurataque diligentia proficiscantur et ante omnia studiose inquirant, quid vir ille cl. probaverit improbaritve.

Equidem autem, cum tempora mea me cogerent, ut iam collectis sarcinulis meis almae matri valedicerem, constitui — ut iam dixi, aegre — ut mea scripta quae essent ederem, adderemque exemplis ex Bekkeri editione prolatis

quae esset Susemihli lectio, si mutatam vidissem. Ubi nihil addam consentire v. cl. scitote. Libere autem, ubi opus esse mihi videtur, vel utriusque coniunctae auctoritati oblocuturus sum.

L. B. a. d. XII Cal. Nov. MDCCCLXXII.

Libros Arist. de Republica multis locis ruinas fecisse, quamquam in recentioribus editionibus ne uno quidem loco indicatur (Susem. tamen editione excepta, de qua postea agemus) non mea est sententia nova quaedam atque inaudita.

Ne loquar nisi de temporibus post litteras renatas, iam septimo decimo p. Chr. nat. medio fere saeculo H. Conringius in edendis iis libris ita est versatus, ut quamquam non semper τὰ ὄντα ὡς ὄντα traderet, saepe tamen rectissime τὰ οὐκ ὄντα ὡς οὐκ ὄντα adnotaret. Quo magis est mirandum, quod Bekkerus, quum in editione iterum recognita de singulis libris ordinandis Spengelium esse audiendum censeret [1]), isque vir Cl. et Conr. argumenta de collocandis lib. VII et VIII ante IV fere probasset, et omnino eum aliquanto plus vidisse quam recentiores omnes testatus esset, tamen in delendis lacunarum signis Conringianis Göttlingium sequi maluerit. Is enim ea primus non tantum sustulit, sed etiam iactavit se exsultans, „se ne unam quidem stellulam micare passum esse.“ Adeo autem opinio praeiudicata valet ad praestringendas vel doctissimorum et acutissimorum ingeniorum acies, ut

[1]) Abhand. der Phil. Philol. Cl. d. Bayr. Acad. d. W. Band 5 p. 1—49.

rationem talem huius consilii protulerit [1]), qualem vix vanam dicere veri studiosum deceat. Ille enim „si quis autem, ait, videre sibi videatur minus inter se cohaerere singula quaedam in Arist. Politicis" — quasi vero res dubia esset aut parvi momenti! — „is meminerit, eum non uno eodemque tempore librum suum perscripsisse. Absolvit enim, ut videtur, opus post Ol. 114 1 duobus annis ante obitum suum. Satis enim patet, Arist. Athenis quum esset, ea scribere non potuisse, quae p. 253. 6 leguntur: „*ἐὰν δέ τισι γίνηται παρὰ ταῦτα συνδυασθέντων πρὶν αἴσθησιν ἐγγενέσθαι καὶ ζωήν, ἐμποιεῖσθαι δεῖ τὴν ἄμβλωσιν· τὸ γὰρ ὅσιον καὶ τὸ μὴ διωρισμένον τῇ αἰσθήσει καὶ τῷ ζῆν ἔσται*. Contra leges enim Atheniensium peccavisset — propter *δίκην τῆς ἀμβλώσεως*. Illud igitur quum Chalcidicae degeret scriptum esse videtur ab Aristotele." Paulisper hic subsistamus, non ut argumentum istud ad definiendum tempus quo illi libri scripti sint, refutemus, — id enim ipsum vere *ἐξημβλωμένον* non desiderat orationem meam [2]); — sed quia mihi visus sum posse verba illa citata Arist. quae corrupta etiam apud Susemihl sunt edita, in integrum restituere, itaque hanc nactus occasionem lectorum iudicio coniecturam meam proponam. Locus ille totus — est Lib IV. (7) (ed. Bl. 1335 b. 19 sqq.) — apud Susem. sic legitur:

„*περὶ δ' ἀποθέσεως καὶ τροφῆς τῶν γενομένων ἔστω νόμος μηδὲν πεπηρωμένον τρέφειν, διὰ δὲ πλῆθος τέκνων*, (*ἐὰν* secl. ex opt. mss. fide Susem.) *ἡ τάξις τῶν ἐθῶν κωλύει* (vel *σει* ut Susem. ex coni. proponit) *μηδὲν ἀποτίθεσθαι*

[1]) In edit. Praef. p. XXVI. 19.

[2]) Gottlingius Athenienses monachos fuisse si ratus esset, non aliter judicasset de scriptorum inter eos concessa licentia; ut ille vir bonus ira excanduit, qui, teste Susem. (in excutiendis ess. mss. ne minima quidem omittente.) in marg. cod. P[3]. adscripserit: *τί λέγει ὁ δαιμόνιος οὗτος*.

τῶν γινομένων· ὡρίσθαι γὰρ δεῖ τῆς τεκνοποιΐας τὸ πλῆθος, (?) ἐὰν δέ τισι γίνηται παρὰ ταῦτα συνδυασθεῖσιν [sic dedit Susem. (contra morem suum e coniect. [1]) contra fidem omnium codicum superstitum, edit. Ald. et Bekk.] πρὶν κτλ.. Iam primum τισι συνδυασθέντων certe vitiosum est, sed terminationes θέντων et θεῖσιν inter se non solent commutari; mihi igitur legendum esse videtur ἐὰν δέ τι γίνηται συνδυασθέντων. Praeterea παρὰ ταῦτα referenda ad τὰ ἔθη vix intelliguntur; quia male interposita sunt ὡρίσθαι γὰρ δεῖ ..... πλῆθος· quae et propter horridum stilum (τῆς τεκνοπ. τὸ πλῆθος pro τὴν τεκνοπ.) et quia ex omni parte abundant, sententia enim iam plana est ex verbis ἡ τάξις τῶν ἐθῶν et rem ipsam Arist. iam tractavit 1334 b. 30 sqq. scholiastae sunt reddenda. Denique dubito an pro κωλύει (vel σει) melius legatur κωλυέτω. Sed redeamus ad Göttlingium, qui ipse quodammodo sentiens se falso argumento esse usum ad annum, quo libri Arist. essent conscripti, definiendum, (l.l.) pergit: „Quamquam huic argumento non multum tribuerim. Tamen p. 183. 10 de Dionis facinore (Ol. 109. 4. a. Chr. nat. 342) loquitur, quasi eo tempore facto, quo Polit. scriberet: „καὶ νῦν ἡ τῶν περὶ τὸν Διονύσιον. Quae cum iis non conveniunt quae de morte Philippi (Ol. 111. 1. a. Chr. n. 336) p. 180. 10. narrantur. Credibile est igitur Aristotelem eum non uno tempore Pol. sua scripserit, quaedam argumenta ex historia petita postea etiam addidisse, eum totum opus absolveret. Viginti igitur annos et quod supra aut saltem sex annos in scribenda Polit. consumpsit ...... Si cui mirum

---

[1]) Nisi forte persuasum sibi haberet συνδυασθεῖσιν fuisse in codice G. van Moerbeka (Γ) quia interpretatus est ille »aliquibus combinatis" sed qui aliter vertisset si Genit. et ipse legisset?

videatur hoc longum tempus, is meminerit ea omnia proferri ab homine, qui in eo genere rerum propterea habitavit, quod prius quam ad absolvendum opus se accingeret omnia diligentissime perlustraverat, quae de optimo reipubl. statu a philosophis scripta erant, summamque operam in colligendis legibus populorum tam Graecorum quam barbarorum posuerat."

Ecce igitur philosophum, quo nemo inter mortales doctior, nemo acutior fuerit, qui rerum publicarum centum et quinquaginta octo descripserit institutiones, praeceptorem Alexandri Magni de doctrina rei publicae per sex (vel etiam per viginti annos) scribentem tamque stolide, ut prius quam consuluisset inceperit, et ubi iam finiisset, nonnulla vel discrepantia addiderit, quum ne relegisset quidem quae antea scripserat, ut caveri posset ne quid cum novis illis minus apte cohaereret! Sed fac exempla illa historica — quae tamen nos aliis quoque ex argumentis insiticia esse mox probabimus — non iam ob id ipsum damnanda esse, quod inter se non congruant: fac igitur ex iis probari posse, Arist. per sex annos in iis libris, negligenter tamen, conscribendis fuisse, vel si hoc spatium angustius videtur fac per viginti, — ut discipulum in Aristophanis Nub. imitemur, *τὸ πρᾶγμα τοὐξημβλωμένον* tamen referentes, modo ut ille prius caverimus:

„*ἀλλ᾽ οὐ θέμις — τοῖς μαθηταῖσιν λέγειν*
„ — — *νομίσαι δὲ ταῦτα χρὴ μυστήρια.*"

fac igitur Arist. opus suum imperfectum reliquisse, ita, ut certe „singula quaedam minus apte cohaerere" videremus: quae tamen quaeso verecundia est in philosophi nomen, deletis lacunarum signis, quod imperfectum ab ipso est relictum, id perfectum et absolutum esse contorquendo defendere? Verum tota illa Göttl. argumentatio

quam inanis sit, et iam qui animo non praeoccupato eam est secutus intellexerit et vel uno loco deperditae mancaeque Aristot. disputationis, quem statim afferemus ita firmabimus, ut paene iam supersedere possimus demonstrare, exempla illa historica, quibus nitatur, interposita esse. Qui tamen factum est, ut editoribus et doctis et acutis persuaserit? Nempe religione mssorum. Et tamen si in ullo vetere scriptore edendo, in hisce libris emittendis studendum erat, ne eorum iudicium in voluntate scribarum et librariorum, ineptissimi hominum generis, collocaretur. In ipso enim operis quasi limine editores a philosopho tanquam monentur: „cavetote, ne nimium corporis oculis tribuatis, parum mentis." Postquam enim dixit, ipsa sua natura alios esse ingenuos, alios serviles „*τὸ μὲν γὰρ δυνάμενον* ait (ed. Bk. 1252 a 31) *τῇ διανοίᾳ προορᾶν ἄρχον φύσει καὶ δεσπόζον*, (*φύσει·* del. quoque Thurot prob. Susem.) *τὸ δὲ δυνάμενον [μόνῳ] τῷ σώματι τοῦτο* (in libr. etiam apud S. *ταῦτα*) *ποιεῖν ἀρχόμενον φύσει καὶ δοῦλον.*

Itaque novissimus editor coactus est, ut Conringium quam Göttlingium sequi mallet. Dico eum invitum id fecisse: nam cum tanta cura codices mss. excussisset, quanta superari non potest, tamen tantopere abhorret a coniecturis ut praef. p. XLVIII scribat: „Ceterum ego et ex his coniecturis (loquitur de coniecturis primarum editionum,) et ex iis, quas recentiorum temporum viri docti addiderunt *et ex meis* in ipsa scriptoris verba perpauca recipiam, immo complures ab aliis receptas, *quamvis nonnullas earum ipse verissimas habeam, ex hoc ordine exterminabo.*" Atque idem ille, tam caute tamque anxie fidem codicum observans (Praef. p. LI) tamen significat se Conringio suffragari in eo, quod

non praecludenti philosophi ipsius morti, sed temporum iniuriae tribuendum esse censeat [1]), non exstare gravissimas illas quaestiones, de quibus passim pollicetur se postea esse acturum. Quamquam hic forsitan dubitari licuisset, quia quum ipsae quaestiones communi quodam et arctiore vinculo contineri videamus, toti libri perisse dicendi nobis sunt [2]). Quodsi tamen hanc potissimum sententiam probat, certe ipsa librorum conditione ad eam est adductus. Et profecto (l.l.) pergit sic, ut plane eandem sententiam proferre v i d e a t u r quam nos supra ut nostram defendimus. Nam: „...... in ceteris quoque operis partibus," inquit, „praeter minores lacunas permultas una certe maioris ambitus post III. 13 (1284 a. 3) ἀρετήν invenitur, quod non fugit Conringii sagacitatem. Qui vir quamquam in eiusmodi defectibus investigandis saepe quidem erravit, tamen non solum eo erravit, quod complures ubi non sunt, sibi visus est detexisse, verum etiam eo, quod alios pauciores, qui revera exstant, vel ipse nondum detexit, et, quamquam linguam Graecam modice tantum doctus erat, acuta tamen mente et attento animo sententiarum ubique nexum rimatus permultas difficultates aperuit, quas non modo ante eum nemo perspexerat, sed etiam

---

[1]) Introductio cap. VI p. 617 sqq.

[2]) Pollicetur exempli gratia I. 13 (1260. b. 8. sqq.) quaestionem de virtute mariti, uxoris, liberorumque deque necessitudine quae inter eos intercidere debeat; IV (7) 18 (1335 b. 2. sqq.) de sanitate corporum qualis liberis procreandis esse oporteat; eid. libr. c. 17 (1336. b. 24) ad quae spectacula pueri admittendi sint; lib. II. 10. (1272 a. 24) legene sint vetandi obscoeni virorum inter sese usus; libr. V (VIII). 3. (1338 a. 32) quot genera sint institutionum puerorum liberalium; lib. II cap. 6 (1265 b. 17) IV (VII) 5 (1326. b. 32) et cap. 10 (1330. a. 4) de arte rei faciendae et quoad resp eam singularum domuum curam in se recipere debeat cet.

post eum plurimi despicientes quae recte senserat negare quam enodare maluerunt. Qui si hodie quoque, velut Stahrius, asteriscos Conringianos ex editionibus nostris evanuisse, sed nequaquam hac re turbatam esse operis perspicuitatem affirmant, vereor, ne in eos cadat idem, quod Antistheni se ἵππον quidem videre, sed non ἱππότητα asseveranti respondisse fertur Plato: ἔχεις μὲν ᾧ ἵππος ὁρᾶται τόδε τὸ ὄμμα, ᾧ δ' ἱππότης θεωρεῖται οὐδέπω κέκτησαι". His verbis videtur, ut iam dixi, mea sententia plane congruere; sed videtur tantum. Ille enim vir cl. sibi persuasit lacunas quidem in hoc opere inesse, et multas quidem parvas, unam vel majorem, sed tamen in universum nobis philosophi opus ita esse traditum, ut residua non consilio sint mutata; mihi autem retractata esse videntur, ut speciem integritatis referrent; quod ab eo, qui fecisset, satis astute factum esse me iudice patet iam ex eo, quod sunt etiam hodie, qui dubitent.

Atque singulos locos afferre, quos Susemihl quoque statuit lacunosos esse, iam descripto Cl. illius viri testimonio, quo invitius dato eo graviore, supersedere me posse arbitror. Itaque ex exemplis a me collatis tantum eos locos afferam, e quibus confido fore ut si quis eos paulo attentiore cura inspexerit nostra probetur sententia, eos libros retractatos esse.

Initium mihi sit locus, quem (in nota 2 pag. 10) retuli inter eos, in quibus Phil. spem excitat, cui in his libris satisfactum esse non videmus. Est libri quinti (VIII) cap. 3 (1338 a 30 sqq.):

ὅτι μὲν τοίνυν ἔστι παιδεία τις ἣν οὐχ ὡς χρησίμην (Sus. sic quoque edid., probat tamen χρήσιμον Spengelii coni.) παιδευτέον τοὺς υἱεῖς οὐδ' ὡς ἀναγκαίαν, (ον?) ἀλλ' ὡς ἐλευθέριον καὶ καλὸν (ἣν?) Φανερόν ἐστιν· πότερον δὲ μία τὸν ἀριθμὸν ἢ

*πλείους, καὶ τίνες αὗται καὶ πῶς, ὕστερον λεκτέον περὶ αὐτῶν* (?) [1]) *νῦν δὲ τοσοῦτον ἡμῖν εἶναι πρὸ ὁδοῦ γέγονεν, ὅτι καὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων ἔχομέν τινα μαρτυρίαν ἐκ τῶν καταβεβλημένων παιδευμάτων·* (Malim Susem. recepisset et hic et 1337. b. 22. pro *καταβεβλημέναι μαθήσεις* quod cod. Γ videtur praebuisse *προβεβλημ.*, quid sit *τὰ καταβεβλημένα παιδεύματα* nisi disciplinae contemptae abiectaeque non video) *ἡ γὰρ μουσικὴ τοῦτο ποιεῖ δῆλον. ἔτι δὲ καὶ τῶν χρησίμων ὅτι δεῖ τινὰ παιδεύεσθαι τοὺς παῖδας οὐ μόνον διὰ τὸ χρήσιμον, οἷον τὴν τῶν γραμμάτων μάθησιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πολλὰς ἐνδέχεσθαι γίνεσθαι δι' αὐτῶν μαθήσεις ἑτέρας. Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν γραφικήν, οὐχ ἵνα ἐν τοῖς ἰδίοις ὠνίοις μὴ διαμαρτάνωσιν ἀλλ' ὦσιν ἀνεξαπάτητοι πρὸς τὴν τῶν σκευῶν ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν, ἢ* (nonne *ἀλλὰ* ?) *μᾶλλον ὅτι ποιεῖ θεωρητικὸν τοῦ περὶ τὰ σώματα κάλλους. τὸ δὲ ζητεῖν πανταχοῦ τὸ χρήσιμον ἥκισθ' ἁρμόζει τοῖς μεγαλοψύχοις καὶ τοῖς ἐλευθερίοις* (cj. Susem. recte, ut mihi quidem videtur, pro *ἐλευθέροις*.) *ἐπεὶ δὲ φανερὸν πρότερον τοῖς ἔθεσι παιδευτέον ἢ τῷ λόγῳ εἶναι* (Bek. *ἢ τῷ λόγῳ παιδ. εἶναι*) *καὶ περὶ τὸ σῶμα πρότερον ἢ τὴν διάνοιαν, δῆλον ἐκ τούτων ὅτι παραδοτέον τοὺς παῖδας γυμναστικῇ καὶ παιδοτριβικῇ. τούτων γὰρ ἡ μὲν ποιάν τινα ποιεῖ τὴν ἕξιν τοῦ σώματος ἡ δὲ τὰ ἔργα.*

Hisce in verbis a Conringio quater lacunae signum est positum (post *ἔχομέν τινα μαρτυρίαν*, tum post *τοῦτο ποιεῖ δῆλον*, deinde ante *ὁμοίως δὲ καὶ*, denique ante *ἐπεὶ δὲ φανερὸν κ. τ. λ.*), a Bekkero ne semel quidem. [Susemihl primum illud inter varias lect. probat, sed dubitanter, „si revera corruptus est locus, inquit, „(*ὅτι τὸ καλὸν οὐκ ἐξεῖργον*) *ἐκ*,

[1]) Post *λεκτέον* punctum esse ponendum coniicio et sic legendum: *νῦν δὲ τοσοῦτον περὶ αὐτῶν ἡμῖν (εἶναι) πρὸ ὁδοῦ γέγονε δηλονότι· καὶ παρὰ κ. τ. λ.*

si liceat hariolari, vel simile quid, coniiciat Sus." de ceteris cum taceat, improbat.] Iam videamus, num haec philosophi disputatio integra sit. In praecedentibus (1337. b. 21) „*αἱ μὲν οὖν καταβεβλημέναι* (*προβ.*) *νῦν μαθήσεις*, inquit, *καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐπαμφοτερίζουσιν.*" Quomodo usitatae illae disciplinae ad utrumque spectent, et quid illud utrumque sit et ubi dixerit, quamquam ego non dubito, quin et ea res hic desit, iam non quaero [1]). Pergit post enumerata bonarum artium quatuor genera, quibus tunc pueri institui solebant, quorum *τὴν μὲν γραμματικὴν καὶ τὴν γραφικὴν* necessaria ad vitam victumque suppeditare dicit, gymnasticam autem artem ad animi fortitudinem coefficiendam pertinere „*τὴν δὲ μουσικὴν ἤδη διαπορήσειεν ἄν τις*". Tunc enim, ait, plerosque ei voluptatis causa fere studere, veteres autem non ideo eam inter disciplinas recepisse, quibus iuvenes instituerentur, sed quia ipsa hominum natura èt negotia flagitat proba et bona èt otium honestum pulchrumque. Quod postquam ostendit, „*διὸ*" inquit 1338 a 14 sqq. „*καὶ τὴν μουσικὴν οἱ πρότερον εἰς παιδείαν ἔταξαν οὐχ ὡς ἀναγκαῖον . . . . . οὐδ᾽ ὡς χρήσιμον, ὥσπερ τὰ γράμματα πρὸς χρηματισμὸν καὶ πρὸς οἰκονομίαν . . . . καὶ πρὸς πολιτικὰς πράξεις πολλάς . . . . . οὐδ᾽ αὖ καθάπερ ἡ γυμναστικὴ πρὸς ὑγίειαν καὶ*

---

[1]) Susem. qui ea verba ad proxime praecedentia referre potuerit (a 39 sqq.) non video. Primum *καθάπερ εἴρηται πρότερον* id vetat. Tum in toto eo loco frustra haec sententia quaeratur, neque quisquam quidquam reperiat, quod eam illustret. Nam nisi quod initio (l.l.) dubitationes quaedam afferuntur de artibus ad institutionem necessariis, quo modo iis sit utendum, quae puerorum vires primae sint formandae aliaeque, disputatum esse non videmus nisi de artibus ad vitam victumque necessariis. Nam (b 15) »*ἔστι δὲ καὶ* [*τῶν ἐλευθερίων ἐπιστημῶν*] *μέχρι μὲν τινος ἐνίων μετέχειν οὐκ ἀνελεύθερον*" ea quidem verba apertissime corrupta sunt; ut mea fert opinio *τῶν ἐλευθ. ἐπιστ.* falsa glossa fuit ad *ἐνίων*.

*ἀλκήν, οὐδέτερον γὰρ τούτων ὁρῶμεν γινόμενον ἐκ τῆς μουσικῆς*[1] *λείπεται τοίνυν πρὸς τὴν ἐν τῇ σχολῇ διαγωγήν, εἰς ὅπερ* (?) *καὶ φαίνονται παράγοντες* (?) *αὐτήν. ἣν γὰρ οἴονται διαγωγὴν εἶναι τῶν ἐλευθέρων, ἐν ταύτῃ τάττουσιν.*" Id docetur ex Homero, et concluditur iis verbis, de quibus iam dudum agimus. In iis igitur quum iam initio legamus ex precedenti disputatione effectum esse, ut tradenda sit pueris quaedam non necessaria disciplina, utrum autem una tantum an plures, et si plures, quales et quomodo, nondum constare, deque hac quaestione postea agendum esse, quis non statim admonitus videt, verba *νῦν δὲ τοσοῦτον ...... ποιεῖ δῆλον* claudicantem sententiam exhibere? [Susemihl cum inter *μαρτυρίαν* et *ἐκ* interponi iubet (*ὅτι τὸ καλὸν οὐκ ἐξεῖργον*) ostendit se difficultatem non satis pependisse. Neque enim fieri potest, ut Aristot. dicat praemunitum id sibi esse, „habere nos testimonium quoddam veterum"! Quod si Arist. non scripsisset, quod nobis persuasum est, (transpositis verbis *περὶ αὐτῶν* vide p. 12 notam) *νῦν δὲ .... δηλονότι*: si necesse esse credidisset repetere id quod in proximo praecidentibus iam dixit, certe non scripsisset: *ὅτι καὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων ... ἐξεῖργον*, sed tantum *ὅτι οἱ ἀρχαῖοι τὸ καλὸν οὐκ ἐξεῖργον.*] Quodsi autem inde ab *ἔτι δὲ καὶ* legere pergamus verborum quidem conjunctionem videmus, sententiarum vero nexum prope nullum. Itaque Conringium iure lacunarum signa bis posuisse arbitrans equidem non dubito quin verba *καὶ παρὰ τῶν ἀρχ. κ. τ. λ.* usque ad *ἔτι δὲ καὶ* librario reddenda sint, qui sic iacturam librorum celare voluisse videtur, et quia insulsa sunt et inania, et

[1] Quae omisi mihi quidem scholia esse videntur, sed hoc non arguo: certe omittere potui, quia nihil ad nos nunc quidem.

quia verbum τοῦτο nihil habet, ad quod respicit. Nam ne novum quidem aliquid iis verbis verisimile est ab Aristotele ipso ita esse additum, (ut Conringius credidisse videtur) ut post μαρτυρίαν lacunam statuamus, nam tunc dixisset ὅτι καὶ τήνδε π. τ. ἀρχ. ἔχομεν μαρτυρίαν vel simile quid, omnino autem totum redolet nescio quomodo sedulitatem scholiastae.

Videamus quae sequuntur. [ἔτι δὲ καὶ?] τῶν χρησίμων ... ἑτέρας. Utut initium huius periodi erat, hoc certe ex priore parte manifestum est, philos. id agere, ut doceat, ipsis illis disciplinis, e quibus utilitas varia percipitur, non ob eam tantum causam imbui pueros deberi, sed etiam quia pulchri honestique sensus iis paratur. Sic autem sententia ipsa non concluditur, sed posteriore parte, quamquam minus distincte et copiose, plane idem profertur, quod iam eadem pagina legimus. (vide supra p. 13. v. 3 ab imo.) Ergo hic quoque lacunam male expletam videmus, Conringiumque laudamus, qui supplemento isto non est deceptus, sed rursus orationem mancam esse notavit. Eandem denique fraudem etiam ibi deprehendimus, ubi Conr. (quater) stellulas posuit ante ἐπεὶ δὲ φανερὸν. Nam. 1337 a 38 id ipsum in dubium vocatur, quod hic pro certo ponitur, prius mores puerorum formandos esse quam ingenia et corpora ante mentes, neque tamen interea quidquam a philosopho prolatum esse cernimus, unde tandem necopinato id edocti fuerimus. An ex iis, quae plane huic loco aliena sunt „τὸ δὲ ζητεῖν κ. τ. λ.? Etenim neque in superioribus neque in capite sequente de ea agitur quaestione, quid aptum sit τοῖς μεγαλοψύχοις καὶ τοῖς ἐλευθερίοις (vel ἐλευθέροις?), sed quid sanciendum sit a legislatore in pueris instituendis. Itaque ne in iis quidem, quae desunt, de alia quaestione egisse philosophum verisimile est. Quodsi et ipsa verba et falsa eorum gradatio „magnanimis et

ingenuis," et πανταχοῦ illud admodum molestum, (pro eo vocabulo, quod unicum hic ferri potuisset, μόνον,) falsatorem arguunt, quid dubitemus, quominus et iis iacturam librorum callidius quam sapientius, occultam esse dicamus? Quin etiam ultima huius loci verba non sunt Arist., sed iis quoque lacuna est celata, atque haec vel Conr. sagacitatem fugit. Nam verba δῆλον ἐκ τούτων (?) ὅτι παραδοτέον τοὺς παῖδας γυμναστικῇ καὶ παιδοτριβικῇ?! non possunt genuina esse, quibus si animum attendis, statim vides, specie quidem coniuncta esse ea quae sequuntur: „νῦν μὲν οὖν αἱ μάλιστα δοκοῦσαι τῶν πόλεων ἐπιμελεῖσθαι τῶν παίδων αἱ μὲν ἀθλητικὴν ἕξιν ἐμποιοῦσι κτλ." revera autem ea plane secreta esse ab illis de quibus cap. 3 Arist. egisset, vel egisse videatur.

Atque haec hactenus. Transeo ad alium locum, in quo idem factum esse videmus, ut disputatio philosophi manifeste manca esset, et assutus esset pannus quidam huic disputationi alienissimus, sed ubi tamen de fraude dubitari potest. Initio sc. libri II (p. 1261 a. 22. sqq) ubi Arist. in eo est, ut refutet Plat. sententiam de communicandis uxoribus rebusque inter optimae civitatis cives, postquam docuit summam unitatem si finem optandum esse civitati statuamus, consentaneum esse, ut civitatem omnem funditus tollamus, domum enim huic fini propiorem esse quam civitatem, singulos autem homines vel propiores quam domum quamque: „οὐ μόνον δὲ, inquit, ἐκ πλειόνων ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ πόλις, ἀλλὰ καὶ ἐξ εἴδει διαφερόντων. οὐ γὰρ γίνεται πόλις ἐξ ὁμοίων· ἕτερον γὰρ συμμαχία καὶ πόλις· τὸ μὲν γὰρ τῷ ποσῷ χρήσιμον, κἂν ᾖ τὸ αὐτὸ τῷ εἴδει, βοηθείας γὰρ χάριν ἡ συμμαχία πέφυκεν, ὥσπερ ἂν εἰ σταθμὸς πλεῖον [excidit ἐπιλάβοι, (vel simile quid) πλεῖον] ἑλκύσειε (in libris est ἑλκύση barbara plane forma post εἰ,

quod tamen abundat post *ἄν.*) *διοίσει δὲ τῷ τοιούτῳ καὶ πόλις ἔθνους ὅταν μὴ κατὰ κώμας ὦσι κεχωρισμένοι τὸ πλῆθος ἀλλ' οἷον Ἀρκάδες* (?) *ἐξ ὧν δὲ δεῖ ἓν γενέσθαι εἴδει διαφέρει.* Iam hic ita offendimur, ut pergere non possimus. Nam haec quoque corrupta esse et lacunosa, quamquam Bekk. noluit adnotare, quis non videt? Itaque Conring. inter *Ἄρκαδες* et *ἐξ ὧν* signum lacunae posuit et in calce editionis suae adnotavit: „Hiant sane et illa: *διοίσει δὲ τῷ τοιούτῳ καὶ πόλις ἔθνους. ὅταν μὴ κατὰ κώμας ὦσι κεχωρισμένοι τὸ πλῆθος. ἀλλ' οἷον Ἀρκάδες.* Nec enim Arist. aetate ita habitabant Arcades sed olim habitaverant ante Epaminondam:[1]) nec eo differt a gente civitas, quod civitas sit composita ex multis specie diversis, non vero gens; sed quod in gente ita sparsim, non autem per vicos, habitante, nulla sit communio, in civitate autem sit perfecta societas. In verbis autem hisce Aristotelicis hoc loco non exprimitur, quemadmodum civitas a gente differat: quod fieri debuisset, et factum esse verisimile est." Mihi autem, si quid *παρακινδυνεύειν* licet, haec solita incuria ac festinatione scribarum, oculis praecurrentibus ad *ὁμοιοτέλευτα*, ex hisce orta esse videntur:

*ἀλλ' [ἐν μιᾶς πόλεως τείχεσι συνηθροισμένοι ὦσιν ἄλλοθεν ἄλλοι] οἷον Ἀρκάδες.* (ipsa tamen illa *οἷον Ἀρκάδες* nescio an scholiastae debeantur,) cf: 1276 a. 25 .... *πότε δεῖ νομίζειν μίαν εἶναι τὴν πόλιν. οὐ γὰρ δὴ τοῖς τείχεσιν* et 1282 b. 12. *εἰ γάρ τις καὶ συνάγοι τοὺς τόπους εἰς ἕν, ὥσθ' ἅπτεσθαι τὴν Μεγαρέων πόλιν καὶ Κορινθίων τοῖς τείχεσιν, ὅμως οὐ μία πόλις.*

Totam enim hanc disputationem initio (p. 1260 b. 40 sqq.) sic exorsus erat phil., ut primum ad societatem, qualis inter cives unius reip. intercedat, conforman-

---

[1]) Quomodo tamen nisi *κεχωρισμένοι το πλῆθος κατά κώμας*? quid igitur sibi vult illud *ἀλλά*? id non urget Conr.

dam loci coniunctionem necessariam esse diceret: ἡ γὰρ πόλις κοινωνία τίς ἐστι, καὶ πρῶτον ἀνάγκη τοῦ τόπου κοινωνεῖν· ὁ μὲν γὰρ τόπος εἷς ὁ τῆς μιᾶς πόλεως. Quum igitur hic aliam esse foederis societatem aliam civium monuisset, (quamquam hoc strictim fecit,) quumque iam se accingeret, ut hanc unice ita fieri probaret, si qui loco sunt coniuncti, natura tamen specieque dispares essent: sanae disputandi rationi quam maxime congruisset, ut antea advenarum colluviem nisi loci moeniumque societate non coniunctam opposuisset civibus, qui revera hoc nomine digni essent. Eam porro sententiam si ita longiore digressione facta pertexuisset, ut hos demonstrasset arctiore quodam vinculo inter se connexos esse, summa concinnitate eo unde egressus esset, revertisset verbis ἐξ ὧν δὲ (vel δὴ) δεῖ ἓν γενέσθαι (sc. τὴν πόλιν) εἴδει διαφέρει. Nunc autem quorsum ea verba spectant nisi ad ea quae proxime praecedunt ὅταν — τὸ πλῆθος? Eaedem igitur populi partes primo dicuntur quando non sint vicatim dispertitae, nimis inter se pares esse, ideoque distare a civitate (διοίσει δὲ τῷ τοιούτῳ κ. τ. λ.), deinde autem specie dispares esse, si quam ex iis unitatem nasci oporteat; quod quum in primis proprium civitati esse affirmasset, nonne iure, si ita disputasset, diceremus rationem huius disputationis εἴδει οὐ διαφέρειν a furiosi hominis deliramentis? At dixerit quispiam: „quae tu supra addere voluisti verba inter ἀλλ' et οἷον, quia facile potuerunt excidere, concedam iam interiisse; reliqua vero integerrima sunt; philos. enim, quippe qui parcus verborum fuerit, praesertim quum tota haec inter cives et populum distinctio, huiusque cum foederatis similitudo hic facile omitti potuisset, id discrimen eamque convenientiam indicare quam explicare maluit, verba autem ἐξ ὧν — — διαφέρει quamquam a verbo πόλις remotiora sunt, eo

tamen spectant." Esto igitur: quid autem quod tunc qui verbis ita parcat ut paene intelligi nequeat, idem dicendus erit sine ulla causa inter paucorum versuum spatium eandem sententiam repetiisse, civitatem quamque ex partibus disparibus constare? Quid? Quod eam asseverat ter, argumento probat prorsus nullo? An artis logices qui parens dici potest ideo ter idem repetiisse dicamus, ut id demonstrare supersederet? [Susemihl vir cl. deesse quidquam negat, sed offensionem omnem ita removere posse censet, si verba διοίσει — Ἀρκάδες de sua sede moveantur. Iam statim non concedo sic omnem nobis scrupulum exemptum esse; negare autem profecto non possum, novae distinctionis si vestigium quodque ex hoc loco evanuerit — non esse quomodo offendat. Itaque erit fortasse qui id prorsus delere censeat. Sus. autem quum alio loco reponi ea verba iusserit, quid lucratus sit non video. Ubi enim suadet, ut reponantur in fine 1260 b. post ὁ μὲν γὰρ τόπος εἷς ὁ τῆς μιᾶς πόλεως [1]) tantum non magis offendunt, quam hic, immo revera molestiora sunt. Primo enim quid significant? Num fieri potest ut quis Arcades aetate historica ita habitasse dicat, ut Cyclopes apud Homerum videmus ne vicatim quidem dispertitos sine ulla partium inter se coniunctione? [2]) Et si quis id quoque defendat, itane

---

[1]) Post πόλεως in libr. mss. editionibusque adduntur haec quae mihi scholiastae deberi videntur οἱ δὲ πολῖται κοινωνοὶ τῆς μιᾶς πόλεως· putide enim abundant.

[2]) Quod fieri non posse arbitrabar, tamen haec quum iam sub telo essent, factum esse vidi. eoque magis commoveor, quo pluris faciam auctorem nobilissimum optime de Arist. meritum Bernays v. cl. In translatione enim III priorum huius operis librorum, quam nuperrime edidit sic vertit: Wo die Völkerschaft nicht nach Weilern mit bestimter Einwohnerzahl (?) abgetheilt ist, sondern so wie z. B. die Arkader zerstreut und ohne politische Gliederung wohnt.

habitabant Aristotelis aetate? Sed fac hoc quoque esse: quid autem significat *τῷ τοιούτῳ*, quum *πόλις*, a qua distare populus dicatur (talis, scil. qualis ii Arcades fuerunt!) in proxime praecedentibus loco esse ante omnia una coniunctaque dicta sit? Quodsi pro *τῷ τοιούτῳ* mutaveris *τούτῳ* (quod tamen Sus. non proponit) quam vana, quamque putida tota haec esset disputatio; quam tristi, quam horrida oratione, neque perfecta, neque conclusa: *ἀνάγκη γὰρ ἤτοι πάντας πάντων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας ἢ μηδενός, ἢ τινῶν μὲν, τινῶν δὲ μή· τὸ μὲν οὖν μηδενὸς κοινωνεῖν φανερὸν ὡς ἀδύνατον· ἡ γὰρ πόλις κοινωνία τίς ἐστι, καὶ πρῶτον ἀνάγκη τοῦ τόπου κοινωνεῖν· ὁ μὲν γὰρ τόπος εἷς ὁ τῆς μιᾶς πόλεως, οἱ δὲ πολῖται κοινωνοὶ τῆς μιᾶς πόλεως· διοίσει δὲ τῷ τοιούτῳ καὶ πόλις ἔθνους ὅταν μὴ* (nonne *μηδὲ* scribere oportuit Sus.?) *κατὰ κώμας ὦσι κεχωρισμένοι τὸ πλῆθος ἀλλ' οἷον Ἀρκάδες· ἀλλὰ πότερον ὅσων ἐνδέχεται κοινωνῆσαι κ. τ. λ.*! Qui tandem quaeso hoc a philos. doceatur, cives, qui loco sint coniuncti, tali modo distare a populo cuius multitudo, ut Arcadum, ne per vicos quidem dispertita (i. e. vicatim coniuncta) habitet? Verum quum hic quoque bis, (etiam non transpositis verbis *διοίσει κ. τ. λ.*) repetatur, id quod demonstrandum erat (necesse esse ut cives loco coniuncti sint), hic quoque idem factum esse videamus, ut verba non tantum integritatis speciem prae se ferant, sed etiam copiosius decurrere videantur quam par sit, equidem non dubito, quin et ea disputatio truncata sit. Sed redeamus ad locum de quo iam dudum agimus; seiunctis iis *διοίσει δὲ κ. τ. λ.* nonne molestius, quia intra angustioris gyri spatium, ferimus, quod ter — frustra tamen, quia non demonstratur — asseveretur „necesse esse, ut cives dispares sint"? Sed vereor ne idem ego ad id crimen iteratae neque tamen demonstratae sententiae de-

labar.] Ut igitur hoc ipsum pateat, Arist, non demonstrasse quod proposuit, pergamus legere: διόπερ τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεπονθὸς σώζει τὰς πόλεις ὥσπερ ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται πρότερον.

In iis primum πρότερον admodum inconcinne post perfectum εἴρηται abundat, nisi mecum verba ἐν τοῖς ἠθικοῖς, scholiastae interpretamentum ni fallor, deleveris. Etenim quis vel latine (quamquam in ea lingua perfecti vis non tanta est) ita scriberet: „ut in Ethecis dixi antea"? Itaque I. Bernays quoque, quum Zellerum qui verbis ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις Pol. IV. (7) 1323 a. 22 censuisset locum quendam significari ex Eth. Nic. refutaret [1]), quumque inter alia in primis ideo id factum esse negasset quia Ethicorum libri sexies nomine suo in Polit. citarentur, neque esse, cur Arist. si et l.l. eos libros intelligi voluisset, alio et obscuriore modo indicasset, nostrum locum, quamquam sententiae suae suffragari videret, tamen de eorum verborum auctore suspicionem satis iustam moveri posse concedens, computavit quidem sed urgere noluit. At cl. viri verba ipsa afferam, ut quasi ansa ea utar ad addenda quae ceterum monere velim. „Auf zwei (citate) (Pol. 2. 2; 3, 9) welche die in der Eth. (5, 8; 5, 5) entwickelten Begriffe der vergeltenden Gleichheit und der relativen Gerechtigkeit betreffen, soll kein zu grosses Gewicht gelegt werden, da sie ausserhalb der Construction des Satzes angehängt sind, und Citate dieser Art bereits in mehreren Fällen als Zusätze von fremder Hand erkannt wurden."

Quid sit „die vergeltende Gleichheit", nisi quis ex Ethicis didicit, quid sit „τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθός" — nam

---

[1]) In opere quod meas laudes facile superat „Die Dialoge des Arist." (Berlin 1863) p. 70 sqq.

et hoc strictim moneo τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεπ. l. l. non occurrit — nemo facile explicabit. Concedo tamen ex l. l. percipi posse quid sit τὸ ἴσον τὸ ἀντιπ. nempe, opinor, id, quod apud recentiores politicos et oeconomicos audit, „mutua munerum laborumque distributio" neque dubito quin Bern., nisi peritis tantum operum Arist. se scribere censuisset, versurus fuerit: „die Theilung der Arbeit [1])". Legitur enim l. l. (p. 1132 b. 21 sqq.) (omissis iis, quae minus ad nos pertinent) *Δοκεῖ δέ τισι καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς εἶναι ἁπλῶς δίκαιον ..... τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον, οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν ..... ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς συνέχει τὸ τοιοῦτον δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς* [2]), *κατ' ἀναλογίαν καὶ μὴ κατ' ἰσότητα· τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἡ πόλις· ἢ γὰρ τὸ κακῶς ζητοῦσιν, εἰ δὲ μή, δουλεία δοκεῖ εἶναι (εἰ μὴ ἀντιποιήσει* sic!), *ἢ τὸ εὖ·* [3]) *εἰ δὲ μὴ*

---

[1]) Quo magis miror quod cl. ille Vir etiam in interpretatione illa, de qua supra egi (vid. p. 19) quamquam haec minus peritis sit destinata, vertit „die compensirende Gleichheit."

[2]) Pro „*συνέχει* [*τὴν κοινωνίαν*] aut [*τὴν πόλιν*]. nisi mendum subest et sic legendum *συνέχει τὸ δίκαιον τοιοῦτον* del. verb. *τὸ ἀντιπεπονθός*.

[3]) Mira brevitate dictum pro *ζητοῦσι τὸ ἀντιποιεῖν κακῶς* (*ἢν*) *πεπονθότες* et sic quoque vertit Lambinus. quamquam de nimia brevitate tacere malo quia iam ea recepta doctorum est opinio, Aristotelem horrida esse usum oratione, inconpta, tristi — cf. inter alia Cic. ad Att. 2. 1 „Aristotelia pigmenta" et ejusdem in Topicis „quibus philosophus eo minus ignoscendum est, quod non modo rebus iis, quae ab Aristotele dictae et inventae sunt, allici debuerunt, sed dicendi quoque incredibili quadam cum copia, tum etiam suavitate!" — Sed hoc ut praetermittam qui tandem in commercio, i. e. in venditione rerum, emptione, locatione, redemptione (quid enim aliud significant verba *ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς*?) qui quaeso in iis rebus locus esse potest gratiae referendae aut iniuriis ulciscendis? Certe nasci possunt ex iis lites, et nascuntur quotidie; inimiae quoque fiunt innumerabiles, raro etiam iis ipsis gratia refertur, verum ci-

μετάδοσις οὐ γίνεται, τῇ μεταδόσει δὲ συμμένουσιν· διὸ καὶ Χαρίτων ἱερὸν ἐμποδὼν ποιοῦνται, ἵν' ἀνταπόδοσις ᾖ· τοῦτο γὰρ ἴδιον χάριτος· ἀνθυπηρετῆσαί τε γὰρ δεῖ τῷ χαρισαμένῳ, καὶ πάλιν αὐτὸν ἄρξαι χαριζόμενον· ποιεῖ δὲ τὴν ἀντίδοσιν τὴν κατ' ἀναλογίαν ἡ κατὰ διάμετρον σύζευξις, οἷον οἰκοδόμος ἐφ' ᾧ Α, σκυτοτόμος ἐφ' ᾧ Β, οἰκία ἐφ' ᾧ Γ, ὑπόδημα ἐφ' ᾧ Δ. δεῖ οὖν λαμβάνειν τὸν οἰκοδόμον παρὰ τοῦ σκυτοτόμου τὸ ἐκείνου ἔργον, καὶ αὐτὸν ἐκείνῳ μεταδιδόναι τὸ αὑτοῦ. ἐὰν οὖν πρῶτον ᾖ τὸ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴσον, εἶτα τὸ ἀντιπεπονθὸς γένηται ἔσται τὸ λεγόμενον· εἰ δὲ μή, οὐκ ἴσον, οὐδὲ συμμένει· οὐδὲν γὰρ κωλύει κρεῖττον εἶναι τὸ θατέρου ἔργον ἢ τὸ θατέρου· δεῖ οὖν ταῦτα ἰσασθῆναι [1]). ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν· ἀνῃροῦντο

---

vitates ideo constant, quia homines in commercio iniurias suas persequuntur aut gratiam referre volunt? Praeterea εἰ δὲ μή nihil aliud significare potest nisi: si non reddita erit (gratia aut iniuria); ex verborum autem coniunctione potius versuri fuerimus: sin minus, i. e. si non quaerent. Etiam quae sequuntur διὸ καὶ — χαριζόμενον nescio quid habent molesti; primum enim a loco nostro quam maxime abhorrent: deinde, quam vim habet hoc ἐμποδὼν ποιοῦνται? An ut Lambinus vertit „in propatulo urbis loco"? Sed quae tandem aedes in devio aut invio loco ponitur? Nonne etiam causa additur mira quaedam, ἵν' ἀνταπόδοσις ᾖ? An si alio loco Gratiarum templum ponitur beneficia referri non possunt? Et quid sibi volunt illa τοῦτο γὰρ ἴδιον χάριτος? Et qui convenit ut importune doceamur debere nos gratiam referre? Quibus omnibus difficultatibus adductus equidem non dubito, quin omnia ea ab ᾖ γὰρ usque ad χαριζόμενον non emendanda sint, sed prorsus delenda una cum illis εἰ μὴ ἀντιποιήσει, quibus qui pulchra illa addidit ignarum se fuisse rationis linguae graecae prodiderit. Tamen non delevi; primum quia nolui videri ex litturis in Ethicorum opere quaesitis defendere meam sententiam de vi verborum τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεπονθός; tum autem in Politicis certe non ideo dixerat phil. civitatem constare ex partibus specie disparibus — quia homines quaerunt gratiam referre et iniurias ulcisci; ut etiamsi τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθός latius pateat, τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεπονθός tamen tantum commercii finibus circumscribendum sit.

1) Ex his quoque patet speciosam illam τοῦ δικαίου τοῦ ἀντιπεπονθότος

γὰρ ἂν εἰ μὴ [ὃ] [1]) ἐποίει τὸ ποιοῦν καὶ ὅσον καὶ οἷον, καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο καὶ τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον. οὐ γὰρ ἐκ δύο ἰατρῶν γίνεται κοινωνία, ἀλλ' ἐξ ἰατροῦ καὶ γεωργοῦ καὶ ὅλως ἑτέρων καὶ οὐκ ἴσων ...... δεῖ τοίνυν ὅπερ οἰκοδόμος [ἢ γεωργὸς?] πρὸς σκυτοτόμον τοσαδὶ ὑποδήματα πρὸς οἰκίαν ἢ τροφήν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ οὐδὲ κοινωνία. τοῦτο δ' εἰ μὴ ἴσα εἴη πως, οὐκ ἔσται· δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι .... τοῦτο δ' ἐστὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία .... οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην ..... ἔσται δὴ ἀντιπεπονθός, ὅταν ἰσασθῇ, ὥστε ὅπερ γεωργὸς πρὸς σκυτοτόμον, τὸ ἔργον τὸ τοῦ σκυτοτόμου πρὸς τὸ τοῦ γεωργοῦ.

Iam igitur revertamus ad nostrum Politicorum locum. Descripsi autem haecce ut primum ostenderem τὸ ἴσον τὸ ἀντιπ. si ad ipsam verborum coniunctionem atque ut ita dicam σύζευξιν spectemus, ita non reperiri; deinde autem dubium non esse, quin ea iis verbis vis sit tribuenda, tamquam dictum esset τὸ ἔργον (ἢ τὸ πάσχον) τὸ τοῦ δεῖνος κατ' ἀναλογίαν ἰσασθὲν πρὸς τὸ ἔργον (ἢ τὸ πάσχον) τὸ τοῦ δεῖνος: in primis autem, ut pateret, etiamsi illa ἐν τοῖς ἠθικοῖς ab ipso philos. scripta essent, tamen fieri non potuisse ut sibi concessum existimaret ut non solum de mutua illa laborum munerumque distributione lectores suos ad illos libros ablegaret, sed etiam de quaestione, quod hic quasi totius disputationis fuit caput atque principium, sitne necesse, ut civitas ex disparibus partibus constet. Neque enim phil. fugisset quod ibi probasset, sc. κοινωνίαν fieri non posse inter eos qui ex omni parte pares essent, (in quo argumento nimirum ad definiendum quid

explicationem verbis ἢ γὰρ τὸ κακῶς ζημιοῦν κ. τ. λ. datam, iure a nobis esse damnatam. Nam hic demum verba τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον κ. τ. λ. revera explicantur.

[1]) De meo addidi.

sit τὸ ἀντιπεπονθός profecto sat egit) hic quia nimis probavisset nihil valere. Etenim quid interesset inter socios et cives nondum liqueret. Quodsi igitur ex Eth. parum luminis affertur, et verbo διόπερ tum demum recte concludi potuit, si antea erat demonstratum, quod sine argumento proposuit, neque vero verisimile sit, Aristotel. ipsum tumultuaria ista disputandi ratione usum esse, quid restat, quam ut ante διόπερ cum Conringio lacunae signum ponamus, ut idem etiam optime fecit ante ἐξ ὧν? Nam quod post εἴρηται πρότερον lacunae signum posuit, in eo quidem recentioribus editoribus longe antecellit, qui non solum hoc quoque omiserunt, sed ne puncto quidem posito, in uno verborum circuitu res dissimillimas continuaverunt; philosopho tamen non satis fecit, quum paucis interiectis sequentia cum praecedentibus optime cohaereri arbitraretur. Quod ut probemus non ita esse, necesse erit, iterum colligere (qua in re taedii invidiam deprecor,) singula disputationis truncatae, quae praecedit, fila, ut a nobis hucusque sunt reperta. Fuere autem talia: „Civitatem quamque non solum ex pluribus hominibus constare sed etiam ex disparibus; inde differre civitatem a foederatis; simile quoddam discrimen intercedere quoque inter iustam civitatem et populi multitudinem intra unius urbis moenia extrinsecus compulsam; unitatem igitur in civitate effici ex partibus disparibus; ideoque non servari civitatem nisi mutua munerum atque laborum distributione". Adiiciuntur autem haecce: ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἐλευθέροις καὶ ἴσοις ἀνάγκη τοῦτ' εἶναι. ἅμα γὰρ οὐχ οἷόν τε πάντας ἄρχειν, ἀλλ' ἢ κατ' ἐνιαυτὸν ἢ κατά τινα ἄλλην τάξιν (ἢ χρόνον) [1]) καὶ συμβαίνει δὴ τὸν τρόπον τοῦτον ὥστε πάντας

---

[1]) Utut de summa totius huius loci iudicandum erit, mihi quidem per-

ἄρχειν ὥσπερ ἂν εἰ μετέβαλλον (Sus. μετέβαλον) οἱ σκυτεῖς καὶ οἱ τέκτονες καὶ μὴ ἀεὶ οἱ αὐτοὶ (Sic Sus., οἱ αὐτοὶ ἀεὶ B.) σκυτοτόμοι καὶ τέκτονες ἦσαν. ἐπεὶ δὲ βέλτιον οὕτως ἔχειν, καὶ τὰ περὶ τὴν κοινωνίαν τὴν πολιτικὴν δῆλον, ὡς τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ ἄρχειν βέλτιον, εἰ δυνατόν [1]) ἐν οἷς δὲ μὴ δυνατὸν διὰ τὸ τὴν φύσιν ἴσους εἶναι πάντας, ἅμα δὲ καὶ δίκαιον εἴτ' ἀγαθὸν εἴτε φαῦλον τὸ ἄρχειν πάντας αὐτοῦ μετέχειν, ἐν τούτοις δὲ μιμεῖσθαι τὸ ἐν μέρει τοὺς ἴσους εἴκειν ὁμοίως τοῖς ἐξ ἀρχῆς: (verba ἐν — ἀρχῆς graviter corrupta esse nemo non videt) οἱ μὲν γὰρ ἄρχουσιν, οἱ δ' ἄρχονται, ὥσπερ ἂν ἄλλοι γενόμενοι. καὶ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἀρχόντων ἕτεροι ἑτέρας ἄρχουσιν ἀρχάς. Φανερὸν τοίνυν ἐκ τούτων (!) ὡς οὔτε

suasum est ἢ χρόνον i. e. σημείωσαι χρόνοι, glossema esse. Simili modo emendandum mihi videtur 1257 b. 20, ἡ δὲ καπηλική ποιητική χρημάτων οὐ πάντως (i. e. per fas et nefas) ἀλλ' ἢ διὰ χρημάτων μεταβολῆς leg. ἀλλ' [ἀλλαγῇ] σημ. δ. χ. μετ.

[1]) Bekker ea ἐπεὶ δὲ ..... δυνατὸν sic edidit, ut comma quod dicimus non poneret post ἔχειν sed post πολιτικήν, et pro τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ ἄρχειν β. daret τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ βέλτιον ἄρχ. Et sic quoque Susem., nisi quod hic Schneid. et Thur. laudat, qui post ἐπεὶ δὲ lacunam statuerunt, probatque quae Thur. excidisse dixit: „comme l'ouvrage d'un cordonnier ou d'un charpentier est toujours exécuté par les mêmes personnes, et qu'un ouvrage est d'autant mieux fait, qu'il est toujours exécuté par les mêmes gens et comme il vaut mieux qu'il en soit ainsi en politique etc." Quae me iudice non desiderabuntur si, quod a nobis est factum, contextus distinctio leviter mutata et ἄρχειν in fine ante βέλτιον positum erit. Ceterum ex Thur. opere etiam Lambinum vidi sic, ut nos fecimus, distinxisse, eundemque vertisse „quoniam autem praestat artifices omnes ita esse ut sunt." Quod Thur. v. cl. idcirco improbat, quia dubitare se ait, an Graece „ὡς ἔχομεν" omissum sit. Sed, ni fallor, rectissime omitti potuit, quum ex praecedentibus „καὶ μὴ οἱ αὐτοὶ" κ. τ. λ. contrarium a lectore facillime intelligatur. Quod autem idem v. cl. addit: „D'ailleurs la construction καὶ τα ..... δῆλον ὡς est forcée" non plane nego; sed summopere miror, quod iidem Viri docti, qui tam subtilem lacunam non praetermiserint, de multo gravioribus tacuerint.

πέφυκε μίαν εἶναι τὴν πόλιν, ὥσπερ λέγουσί τινες, καὶ τὸ λεχθὲν ὡς μέγιστον ἀγαθὸν ἐν ταῖς πόλεσιν ὅτι τὰς πόλεις ἀναιρεῖ.

Hisce equidem descriptis vellem profecto, ne hanc mihi necessitatem impositam viderem, ut argumenta insuper adderem ad probandum, haec omnia usque ad Φανερὸν τοίνυν non modo apta non esse ad id quod concludere philosophus voluisset, neque id ipsum (ὡς οὔτε πέφυκε κ. τ. λ.) non effici ex propositis, verum etiam totum illum locum plane a proposito abhorrere, minimeque ambiguum esse (quamquam nonnulla sunt corrupta,) ex quo quaestionis genere omnes illae sententiae essent repetitae. Timendum enim mihi est, ne aut lectoribus meis molestus sim, aut de eorum ingeniis diffidere videar. Et tamen cum cogitem quot viri docti quibuscum neque aetate neque ingenii aut doctrinae auctoritate sim comparandus, de ea disputationis parte iam egerint qui ne perspexerint quidem ea omnia huc minime pertinere, non adducor quidem ad credendum rem esse aut obscuram aut dubiam, sed tamen eam non ita esse perspicuam, ut etiam ii, qui hisce studiis minus quam ego otii impertiri potuerint, licet sint quamvis ingeniosi et docti, sola loci lectione negaverint, posse eam in disceptationem et controversiam cadere. Ab ultimis igitur verbis incipientes primum nos offendit molestius illud additum ἐκ τούτων, quod etiam supra, (lucus, ut aiunt, a non lucendo,) ibi potissimum adscriptum videmus post Φανερόν, ubi oratione lacunis pessumdata nihil plane erat consequens. Quod et hic factum esse, non vereor, quin qui paulo intentiore animo consideraverit facile videat. In iis enim sententiis ex quibus haec ipsa conclusio fit, de civitatis unitate omnino sermo non est, sed obscuriore quodam modo disputatum videmus de ordine quo cives qui omnes pares (ἴσοι) esse sumantur, gerere ma-

gistratus debeant. Suspicari igitur nobis liceret, ad deperditas illas rationes, quibus philos. effecerit, non esse, ut cives omnes similes inter se sint similique conditione (ἴσοι καὶ ὅμοιοι), eo eas fuisse consilio adscriptas, ut eum qui adscripserit inconstantiae argueret. Quodsi, quo tempore ii libri ex archet. describebantur, ipse contextus evanuerit, at ea marginalia insigniore atque recentiore scriptura etiamdum conspicua fuerint, is qui ea hic recepit in incuriae aut socordiae crimen vocari potest in fraudis eum vocare certo nefas esset. Sed, ut ipsius philosophi verbis utar (1270 a. 9. sqq.) ἡμεῖς οὐ τοῦτο σκοποῦμεν τίνι δεῖ συγγνώμην ἔχειν ἢ μὴ ἔχειν, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὀρθῶς καὶ μὴ ὀρθῶς.

Atque quoniam verbis quidem nullum videmus inter propositionem et conclusionem nexum structum, restat ut inquiramus, num cogitatione esse potuerit, ut, quum ipsa propositio interierit, quae etiam nunc ante Φανερὸν τοίνυν leguntur, suum tamen fere locum, ab Arist. iis tributum, obtinuisse dicamus. Ab ipso enim quidni potuerit aliquantum esse a proposito declinatum? Et certe potuit, sed ad ista me Dius Fidius non potuit. Magnus enim locus esset magnique voluminis, inter disputationem de civitatis cuiusque partibus interpositus, de uno singulari civitatium genere videre, non qui sit in eo similitudinis inter cives gradus, sed qui sit optimus ordo, quo omnes honorum publicorum participes fiant. De qua tanta re sententia iam hic proponi qui potuit ab eodem qui in huius cap. initio dixerit, antequam qualem rem publ. probaret ipse propositurus esset, recensendas sibi esse et clarissimas res publicas ex iis, quae tunc essent et varias philosophorum de constituendis rebus publ. sententias, ἵνα τό τ' ὀρθῶς ἔχον ὀφθῇ καὶ τὸ χρήσιμον, ἔτι δὲ τὸ ζητεῖν τι παρ' αὐτὰς ἕτερον μὴ δοκῇ πάντως εἶναι σοφίζεσθαι βουλομένων? Quid? Eadem

sententia nomne postea iterum proponenda ei fuisset cum de civitate tali acturus esset? At dixerit quispiam, quia nonnulla sunt corrupta, non satis patere phil. verba eo spectare, quo mihi videantur. Sed omissis iis ipsis quae corrupta sunt, sic procedit oratio „hoc in civitate ex ingenuis (?) et paribus constante esse necessarium": — quid illud ipsum sit nondum scimus, certe non τὸ ἴσον τὸ ἀντιπ. ut quis ex libris in quibus ne lacuna quidem indicata est, arbitraretur, quum id contra in disparibus potissimum postulatum esse ab Arist. viderimus; — nam omnes simul non possunt in magistratibus esse, sed aut singuli in singulos annos aut alio quodam in vicem ordine; hanc autem rationem qua magistratus inter omnes cives adaequarentur, inprobandam esse, quippe quae esset ac si sutor ultra crepidam fabri operam, hic illius facere vellet; patere igitur, ubi id fieri possit, optimum esse, eosdem semper rem publ. obtinere; in quibus autem id fieri nequeat quia pares sint cives omnes .... alios enim iubere alios iuberi, quasi ipsi mutati essent [1]), eodemque modo iubentes alteros ab alteris magistratus geri." Iam igitur haec si ita invenirentur ab Lexicogr. quodam citata, num affirmare dubitaremus e media disputatione de civitate optima (in qua solum ex disciplina publica omnes cives tali modo pares esse possunt) esse desumpta? At id, credo, dubium esset, hisce exceptam esse eam ab phil. prolatam rationem, qua tales cives bipartito

---

[1]) Vel potius „alteros — alteros" ut patet ex sequentibus, sed mihi dubitatio quaedam oborta est, an et haec fortasse leviter corrupta sint, idcirco verbum verbo hic reddere malui, nisi quod παρὰ sive κατὰ μέρος cum Sus. ex auctoritate cod. Γ. delevi.

divisi, honores publ. alterna quadam vice gererent, ita tamen ut simul caveretur, ne sutor ultra crepidam! „Sed," si id non cadit in dubitationem vel quum non cadat, „his non erat hic locus!" Ubinam autem erat? Fortasse non tam difficile nobis erit repertu, si modo tenebimus ex verbis „*ἕτεροι ἑτέρας ἄρχουσιν ἀρχάς*" satis patere ab Arist. cives in duos ordines esse divisos qui et iubeantur et iubeant et utrumque sciant; id autem fieri non potest, nisi ex aetate fuerint divisi, atque alia erit ratio iuniorum, alia seniorum. [Verba quoque illa corrupta ex hac ratione, duce Sus. editione, facillime restitui possunt. De Moerbeka enim vertit: „hoc autem imitatur scilicet in parte aequales cedere, hoc tamquam similes sint a principio:" i. e. *τοῦτο μὲν μιμεῖται δὴ τὸ ἐν μέρει τοὺς ἴσους εἴκειν, τοῦτο [δ'] ὡς ὁμοίους εἶναι ἀπ' ἀρχῆς*. Quae lectio nisi quod verbum *μιμεῖται* corruptum est, sanissima, argumento esse potest, quam temerarium in modum librarii nonnumquam mutaverint, quae non satis intellexerint. Sed de ceteris postea etiam videbimus, pro *μιμεῖται* autem reponendum erit id verbum, quod hac in re constans est apud Arist. nempe *νενέμηται* c. f. 1282. b. 24. *ἀνίσως νενεμῆσθαι τὰς ἀρχάς*. 1289. a. 15. *ἡ (τάξις) περὶ τὰς ἀρχάς, τίνα τρόπον νενέμηται*. 1291. a. 9. *δοκεῖ δ' ἀριστοκρατία μὲν εἶναι μάλιστα τὸ τὰς τιμὰς νενεμῆσθαι κατ' ἀρετήν*; in primis autem 1331. b. 14. *νενεμῆσθαι δὲ χρὴ τὴν εἰρημένην τάξιν* ubi Susem. inter Var. Lect. adnotavit *μεμιμῆσθαι* ex $P^{3. 5. 6.}$ $S^{b.}$ $V^{b.}$ Ar. Ald. $Bas^{1. 2. 3.}$ $Bekk^{2.}$ pr. $P^{2}$; *νενεμιμῆσθαι* in ras. $P^{4}$. Sus. ipse dedit *τοῦτο δὲ μιμεῖται τὸ ἐν μέρει τοὺς ἴσους εἴκειν τὸ δ' ὡς ὁμοίους εἶναι [τοῖς] ἐξ ἀρχῆς* et inter var. Lect. festinantius, ut mihi videtur, coniecit *τὸ ἀνομοίους*. Quam coniecturam certe non proposuisset, si unde haec omnia hic delata essent cognosset.] Itaque ubi

hoc discrimen factum esse videmus inter iuniores et seniores? Nimirum ibi, ubi quasi a priori id factum esse exspectaverimus: in Lib. IV. (VII. 1332. b. 12) ubi de optimae civitatis magistratibus egit; *egit autem ibi ita, ut orationem truncatam esse pateat.*

Ἐπεὶ δὲ πᾶσα πολιτικὴ κοινωνία συνέστηκεν ἐξ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, τοῦτο δὴ σκεπτέον, εἰ ἑτέρους εἶναι δεῖ τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς ἀρχομένους ἢ τοὺς αὐτοὺς διὰ βίου· δῆλον γὰρ ὡς ἀκολουθεῖν δεήσει καὶ τὴν παιδείαν κατὰ τὴν διαίρεσιν ταύτην. εἰ μὲν τοίνυν εἴησαν τοσοῦτον διαφέροντες ἅτεροι τῶν ἄλλων ὅσον τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἥρωας ἡγούμεθα τῶν ἀνθρώπων διαφέρειν, εὐθὺς πρῶτον κατὰ τὸ σῶμα πολλὴν ἔχοντας ὑπερβολήν, εἶτα κατὰ τὴν ψυχήν, ὥστε ἀναμφισβήτητον εἶναι καὶ φανερὰν τὴν ὑπεροχὴν τοῖς ἀρχομένοις τὴν τῶν ἀρχόντων, δῆλον ὅτι βέλτιον ἀεὶ τοὺς μὲν ἄρχειν τοὺς δ' ἄρχεσθαι καθάπαξ. ἐπεὶ δὲ τοῦτ' οὐ ῥᾴδιον λαβεῖν οὐδ' ἔστιν ὥσπερ ἐν Ἰνδοῖς φησὶ Σκύλαξ εἶναι τοὺς βασιλέας τοσοῦτον διαφέροντας τῶν ἀρχομένων, φανερὸν ὅτι διὰ πολλὰς αἰτίας ἀναγκαῖον πάντας ὁμοίως κοινωνεῖν τοῦ κατὰ μέρος ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. τό τε γὰρ ἴσον ταὐτὸν τοῖς ὁμοίοις, καὶ χαλεπὸν μένειν τὴν πολιτείαν τὴν συνεστηκυῖαν παρὰ τὸ δίκαιον. μετὰ γὰρ τῶν ἀρχομένων ὑπάρχουσι νεωτερίζειν βουλόμενοι πάντες οἱ κατὰ τὴν χώραν· τοσούτους τε εἶναι τοὺς ἐν τῷ πολιτεύματι τὸ πλῆθος ὥστ' εἶναι κρείττους πάντων τούτων, ἕν τι τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. ἀλλὰ μὴν ὅτι γε δεῖ τοὺς ἄρχοντας διαφέρειν τῶν ἀρχομένων, ἀναμφισβήτητον. πῶς οὖν τοῦτ' ἔσται καὶ πῶς μεθέξουσι, δεῖ σκέψασθαι τὸν νομοθέτην. εἴρηται δὲ πρότερον περὶ αὐτοῦ. ἡ γὰρ φύσις δέδωκε τὴν αἵρεσιν, ποιήσασα αὐτῷ τῷ γένει ταὐτὸ τὸ μὲν νεώτερον τὸ δὲ πρεσβύτερον, ὧν τοῖς μὲν ἄρχεσθαι πρέπει, τοῖς δ' ἄρχειν. ἀγανακτεῖ δὲ οὐδεὶς καθ' ἡλικίαν ἀρχόμενος, οὐδὲ νομίζει εἶναι κρείττων, ἄλλως τε καὶ μέλλων ἀντιλαμβάνειν τοῦτον τὸν ἔρανον, ὅταν τύχῃ τῆς ἱκνουμένης ἡλικίας. ἔστι μὲν ἄρα ὡς τοὺς αὐτοὺς ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι φατέον,

*ἔστι δὲ ὡς ἑτέρους. ὥστε καὶ τὴν παιδείαν ἔστιν ὡς τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον, ἔστι δ' ὡς ἑτέραν εἶναι.*

Atque haec strictim legentes minime arbitrabimur pertinere ad ipsa de magistratibus gerendis praecepta, sed potius ad rationem viamque puerorum instituendorum indicandam. Sed hic iam statim dubitatio quaedam oritur, cum meminerimus (cf. p. 13 sqq.) de quaestione: „*τίς δ' ἐστὶν ἡ παιδεία καὶ πῶς χρὴ παιδεύεσθαι,*" p. 1337 a. 34 demum disputatum esse. Apparet porro ratio sana in iis, de quibus continuo ante eum locum agitur. Nam excipit ea quaestio disquisitionem, utrum puerorum instituendorum cura ad rem publ. transferri oporteat an singulis patribus familiarum sit relinquenda; huic autem praemittuntur (p. 1336—1337 a. 11) philosophi praecepta de cura corporum mentiumque puerorum usque ad annum cuiusque fere septimum; hisce denique praecedunt (1334 b. 29 sqq.) leges de parentum corporibus, de aptissima patris matrisque ad liberos procreandos aetate ceteraque de hoc genere. Qui igitur fieri potest ut hic (p. 1332 b.) praepostere iam media versemur in disputatione de pueris instituendis, vel in disputatione de varia puerorum instruendorum ratione prout cuiusque condicio aetate adulta erit inter iubentes aut parentes? Tum autem hoc discrimen qui observari potuerit, nisi penes rem publicam haec cura sit, de cuius tamen rei opportunitate postea ut videmus etiamdum ambigitur? Conferantur porro haec quae iis praecedunt: „*τὴν μὲν τοίνυν* (sc. *φύσιν*) *οἵους εἶναι δεῖ τοὺς μέλλοντας εὐχειρώτους ἔσεσθαι τῷ νομοθέτῃ διωρίσμεθα πρότερον. τὸ δὲ λοιπὸν ἔργον ἤδη παιδείας*" cum hocce postea demum sequenti Cap. 16. initio: „*εἴπερ οὖν ἀπ' ἀρχῆς τὸν νομοθέτην ὁρᾶν δεῖ ὅπως βέλτιστα τὰ σώματα γένηται τῶν τρεφομένων, πρῶτον μὲν ἐπιμελητέον περὶ τὴν σύζευξιν κ. τ. λ.*" Denique,

si Arist. re vera in optima civitate voluit esse alios iubentes, alios qui jubentur, potuit quoque distinguere institutionem ab institutione; sed ut in praecedente capite legimus: . . . . „*τοὺς μετέχοντας τῆς πολιτείας εἶναι σπουδαίους· ἡ μῖν δὲ πάντες οἱ πολῖται μετέχουσι τῆς πολιτείας*" [1]) quale igitur discrimen statuere potest in civium institutione? Vanam igitur molitus est philosophus disquisitionem? Neque vero in toto hoc loco de institutionis varietate quidquam audimus, nisi verba in speciem quidem eam indicantia, re vera autem omni sensu carentia ista: *ὥστε καὶ τὴν παιδείαν ἔστι μὲν ὡς τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον, ἔστι δ' ὡς ἑτέραν εἶναι.* Eiusdem scilicet hominis institutionem oportet variam esse, quia dici possunt et eidem iubere iuberique, et diversi!!! Quibus haec subtilia esse videntur cum iis non contendo, mihi enim non est verendum, ut ista nisi quibus eadem est iudicandi subtilitas comprobent. Futilissima et absurdissima esse facile mihi dabunt, quibus non est religio, ut quaecunque illustri nomine nobis sunt tradita, praesertim quum graeca sint, laudanda esse putent. At fortasse iustiorem huius loci expositionem in sequentibus habemus; immo illa tam ridicule *κλώθειν ἀσύγκλωστα* videmus, ut sententias appositis numeris proferre mihi liceat: 1.) *τόν τε γὰρ μέλλοντα καλῶς ἄρχειν ἀρχθῆναί φασι* (!) *δεῖν πρῶτον·* (sic!) (cf. 1277. b. 8.) 2) *ἔστι δ' ἀρχή, καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις εἴρηται λόγοις,* (!) *ἡ μὲν τοῦ ἄρχοντος χάριν, ἡ δὲ τοῦ ἀρχομένου.* (cf. 1278. b. 29 ubi tamen limatius *ἡ μὲν γὰρ δεσποτεία, καίπερ ὄντος καθ' ἀλήθειαν τῷ τε φύσει δούλῳ*

---

[1]) Qui fieri potuerit, ut iis verbis iam soluta sit ipsa illa questio, de qua nostro loco etiamdum ambigatur, „*σκεπτέον εἰ ἑτέρους εἶναι δεῖ κ. τ. λ.* nunc quidem non quaero. Certe sic statuit philosophus, ut omnibus civibus ius sit capescendi rem publ.

*καὶ τῷ φύσει δεσπότῃ ταὐτοῦ συμφέροντος, ὅλως ἄρχει πρὸς τὸ τοῦ δεσπότου συμφέρον οὐδὲν ἧττον, πρὸς δὲ τὸ τοῦ δούλου κατὰ συμβεβηκός κ. τ. λ.* [1]. 3) *τούτων* (?) *δὲ τὴν μὲν δεσποτικὴν εἶναί φαμεν* (!) *τὴν δὲ τῶν ἐλευθέρων.* cf. ibid. et 1277 a. 33 sqq. [2]). 4) *διαφέρει δ' ἔνια τῶν ἐπιταττομένων οὐ τοῖς ἔργοις ἀλλὰ τῷ τίνος ἕνεκα.* (cf. 1337. 19. sqq. et quae adnotavi supra p. 13.) 5) *διὸ πολλὰ* (!) *τῶν εἶναι δοκούντων διακονικῶν ἔργων καὶ τῶν νέων τοῖς ἐλευθέροις* (?) *καλὸν διακονεῖν.*

Huius sententiae non plane eadem ratio est, ac praecedentium. Vocula quidem *πολλὰ* risum movet post *ἔνια* periodi quartae; sed nihil habet per se offensionis. Sic certe *τῶν νέων τοῖς ἐλευθέροις* nihil est; sed si statuamus *τῶν νέων* inserta esse, ut sententia pertinere videretur ad disputationem de pueris instituendis, cetera et graeca sunt et sana, neque aliunde repetita. Eadem fere ratio est sextae periodi, quae ubi deleveris emblemata duo, qualia in omnibus veterum monumentis litteratis, etiam iis, quae integerrime nobis sunt tradita, occurrunt, sana et iam cum quinta arctius conuncta erit: „*πρὸς γὰρ τὸ καλὸν καὶ τὸ μὴ* (*καλὸν*) *οὐχ οὕτω διαφέρουσιν αἱ πράξεις καθ' αὑτὰς ὡς ἐν τῷ τέλει.* (*καὶ τῷ τίνος ἕνεκεν.*) Excipit autem has sententias disputatio, non ea quidem ita dilucida, ut integra esse videatur, sed tamen talis, de cuius summa dubitari non possit. Est enim de finibus factorum humanorum. Quo magis adducor, ut quintam sextamque, quas enumeravimus periodos genuinas esse defendam; praesertim quum eam, si

[1]) Scripsi *ὅλως* ut contrarium sit *τῷ κατὰ συμβεβηκ.* in libris editur *ὅμως* quod abundat ante *οὐδὲν ἧττον.*

[2]) Si qui eas sententias laboriose ex Arist. ipso conquisitas hic interseruit vel mediocriter graece scivisset, scripsisset coniunctim cum praecedenti periodo: *ἡ μὲν δεσποτική, ἡ δὲ πολιτική, ἡ οἰκονομική.*

dis placet, ingressionem huius disquisitionis adulterinam esse pateat. Pulchrum enim hoc prooemium tale est: „ἐπεὶ δὲ πολίτου καὶ ἄρχοντος τὴν αὐτὴν ἀρετὴν εἶναί φαμεν καὶ τοῦ ἀρίστου ἀνδρός [1]) τὸν δ᾽ αὐτὸν ἀρχόμενόν τε δεῖν γίνεσθαι πρότερον καὶ ἄρχοντα ὕστερον, τοῦτ᾽ ἂν εἴη τῷ νομοθέτῃ πραγματευτέον, ὅπως ἄνδρες ἀγαθοὶ γίνωνται (!) καὶ διὰ τίνων ἐπιτηδευμάτων [2]) καὶ τί τὸ τέλος τῆς ἀρίστης ζωῆς. Ultima verba saltem indicant de qua re in sequentibus agatur.

[Susemihl de omnibus istis adulterinis sententiis non dubitat, statuit autem cum Conringio lacunam ante διαφέρει δ᾽ ἔνια τῶν ἐπιταττομένων, quam sic explendam esse censet: „Im besten Staat handelt es sich nun aber nur um

---

[1]) Susemihl hic conferri iubet III. 4. 5. 18. In cap. 18 legimus (1288 37.): ἐν δὲ τοῖς πρώτοις ἐδείχθη λόγοις ὅτι τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶναι καὶ πολίτου τῆς πόλεως τῆς ἀρίστης. Itaque non plane idem. quod hic antea esse demonstratum dicitur. Simul et ex verbis ἐν δὲ τοῖς πρώτοις — λόγοις quum simus in capite ultimo libri tertii, et ex ultimis verbis τῆς πόλεως τῆς ἀρίστης de qua demum in libro IV (7) agitur, patet, libros nostros discerptos fuisse, non sic autem, ut Conringius primus probare studuisset, utque Spengelius Bekkero aliisque doctis viris persuasisset. Quod etiam per se satis mirum est, libros potissimum totos sedem mutasse, quamquam eundum ambitum libri singuli non haberent. Quod vero et cap. 5. vir Clar. indicat, in eo lapsus est memoria, nam nihil ibi profertur, quod hic respicitur. Neque in cap. 4. quicquam aliud apud Bekk. quidem legitur, quod huc pertinet nisi haecce, εἰ δὴ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἄρχοντός τε ἀγαθοῦ καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, πολίτης δ᾽ ἐστὶ καὶ ὁ ἀρχόμενος, οὐχ ἡ αὐτὴ ἁπλῶς ἂν εἴη πολίτου καὶ ἀνδρός, τινὸς μέντοι πολίτου. Sed epitomator sive consarcinator horum librorum eandem certe habuit lectionem, quam ex cod. Γ. restituit Susemihl: τινος μέντοι [τοῦ δυναμένου ἄρχειν μόνου] πολίτου, ex qua iste finxerit πολίτου καὶ ἄρχοντος Verba tamen ista addita inter τινος μέντοι et πολίτου ipso loco facile ut insiticia damnarentur, nisi ex iis quae sequuntur pateret multa post μέντοι deesse, quod hic monere, non probare possum.

[2]) Cf. prace pag. (1332.) a. 35. ubi idem dicitur sed limatius; ibi autem καὶ γὰρ εἰ [καὶ] πάντας ἐνδέχεται legendum est.

die letztere Art von Herrschaft; Dienste wie sie der Sklave dem Herrn leistet (διακονικὰ ἔργα) dürfen mithin den jungen Bürgersöhnen zum Zwecke ihrer Erziehung nicht aufgetragen werden." Certe, opinor, tunc optime pergere possumus: „Differunt autem nonnullae earum rerum, quae homini imperantur, non factis sed finibus. Quam ob rem multa eorum factorum, quae servilia esse videntur, honesta pulchraque sunt factu etiam τῶν νέων τοῖς ἐλευθέροις"! Mihi autem etiam si istud supplementum optime sequentibus conveniret, tamen probandum esse non videretur, nam regula Ictorum leviter mutata etiam ad nostram disciplinam valet: „quae ab initio futilis fuit oratio, ex postfacto convalescere non potest." Explet enim Vir Cl. quasi in praecedentibus actum esset de pueris instituendis, de qua tamen ratione si philosophus hic disputare re vera voluisset, haberemus, ut, neglecta eius auctoritate, rideremus „parturiunt montes." Praeterea Susemihl non quaerit de soloecismis, non queritur ineptissimas repetitiones, ubi minime iis locus fuit, non curat unde profecta sit disputatio, nec quo se quasi effrenata iactatura sit miratur.]

Itaque videmus hic idem esse factum, quod iam diversis locis factum esse vidimus, ut et ipsius phil. oratio hiulca esset, et lacuna specie tantum expleta. Sed aliud praeterea quasi sacrilegium commissum esse vidimus, ut pars quaedam disputationis, quae certe non fuerit inchoata de varia puerorum institutione, in hanc esset deducta speciem, ut loco, ubi casu nescio quo, posita esset, congrueret. Eximenda igitur ex ea sunt primum verba δῆλον γὰρ ὡς ἀκολουθεῖν ... ταύτην et ὥστε καὶ τὴν παιδείαν .... ἑτέραν εἶναι. Iam cetera inspicientibus, istis exemptis, non omnis nobis exemptus est scrupulus. Initium est tale, ut dicatur,

„quia communitas quaeque civilis constat ex iis qui iubent et qui iubentur, illud considerandum est, necessene sit, ut utrique semper diversi sint, an iidem dum vivant” [1]. Tum ad eam quaestionem solvendam sic aggreditur phil.: Si fieri potuerit ut alteri ab alteris tantum distarent et corporibus et animis quantum deos vel heroes ab hominibus distare Graeci arbitrentur, statueremus necesse esset, satius esse, ut qui iuberentur, semper iuberentur, et qui iuberent per totam vitam iuberent. ἐπεὶ δὲ τοῦτ' οὐ ῥᾴδιον λαβεῖν οὐδ' ἔστιν, ὥσπερ ἐν Ἰνδοῖς φησὶ Σκύλαξ εἶναι τοὺς βασιλέας τοσοῦτον διαφέροντας τῶν ἀρχομένων, . . quid quaeso narravit Scylax? num id ipsum reges a populo tantum differre, quantum τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἥρωας ἡγούμεθα διαφέρειν τῶν ἀνθρώπων? Indigna fabella quam philosophus negaret veram esse! Quodsi tamen fecisset, aut statim post τῶν ἀνθρώπων addidisset ὥσπερ ἐν Ἰν. Φ., aut si postea opera data affirmare voluisset fictam hanc esse fabellam dicendum ei fuerit: οὐδ' ἔστιν ὅπερ ἐν Ἰ. Φ. non ὥσπερ. Aliud igitur nescio quid narratum esse a Scylace patet, itaque post τοσοῦτον exspectamus aut ὅσον aut ὥστε: quid sequitur? „φανερὸν ex multis causis (!) necesse esse, omnes aequo modo participes fiant invicem iubendi et parendi”! Qua in re ipsa oratio molestissima est. Intelligo quid sit ἀναγκαῖον πάντας ὁμοίως κοινωνεῖν τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι vel ἀν. π. ὁμ. κατὰ μέρος ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. Quid autem sit κοινωνεῖν post πάντας ὁμοίως et ante τοῦ κατὰ μέρος neque ego intelligo, neque facile alium interpretari posse arbitror. Pergitur:

---

[1]) Ipsa haec quaestio, opinor, satis gravis est; quo magis patet quam furiosum esset, si ea neglecta, statim ad aliam declinasset, quae tamen ipsa nauci non esset habenda, cum iam philosopho constaret, omnes cives oportere participes esse optimae rei publ. gerendae.

„Nam τὸ ἴσον idem ist similibus (?) neque facile fit, ut civitatis constitutio maneat contra — τὸ δίκαιον"!

Mira sane argumentatio: multae sunt causae, ob quas invicem omnes (qui tamen illi omnes sint incertum est) debebunt (in optima republica!) iubere iuberique: primum quia eadem sunt similibus paria (?!) deinde quia constitutio iniusta firma esse non potest. Praeter has nullae proferuntur causae. Itaque duae sunt, non multae. At quales! Altera tam inepta ut nullis sit verbis opus, ad demonstrandum eam nihili esse [1]); altera cuius in optima republica rationem haberi nullo modo fas esse possit. Nam etiamsi diuturna iniusta civitas esse potuerit, tamen neque ab alio philosopho neque ab Ar. optima praedicaretur. (cf. exempli gr. primum libri IV (7) caput.) Et quae ista optima res publica esset, quae ne prohibere quidem posset, quominus, si non omnes honorum participes esse potuissent, seditio oriretur? An nulla futura esset institutio publica, (de qua tamen ipso hoc capite, si libris credamus, agatur) quae eos, quos ad rei publicae salutem ἀρχομένους esse oporteret, parere doceret? Sed iam satis, ni fallor, ad probandum primum post τοσοῦτον διαφέροντας τῶν ἀρχομένων lacunae signum esse ponendum; tum vero, quae sequuntur verba φανερὸν ὅτι κ. τ. λ. usque ad ἕν τι τῶν ἀδυνάτων ἐστίν, ea ex parte fortasse esse ab alio ficta (forsitan usque ad ἴσον), certe autem huc non pertinere. Quo sint reponenda non curo, „nec scire fas est omnia," modo mihi detur seditionis metum ab optima republica quam maxime abhorrere. Quae autem desint ipsa ea parva praecedentis orationis pars, quae sana est, et verba sequentia: „ἀλλὰ μὴν ὅτι γε δεῖ τοὺς ἄρχοντας διαφέρειν κ. τ. λ. satis indicant: argumenta

[1]) Susemihl legi iubet τό τε γὰρ ἴσον [καὶ τὸ δίκαιον] ταὐτόν· Sed qui iam illud ipsum τὸ ἴσον sibi vult?

nimirum, quibus effectum fuerit, summa inter cives optimae rei publicae similitudine opus esse. Quibus deperditis sententiis respondet nova ἀπορία: „ἀλλὰ μὴν" et ea λύσις quae, ut ex verbis εἴρηται δὲ πρότερον περὶ αὐτοῦ patet, non est nova, decere iuniores iuberi, seniores iubere. Iam igitur videamus necesse erit ubi de ea ratione disseruerit, et quam tandem ob rem ea quaestio iterata sit, si modo sit, ut tandem aliquando de operis totius summa, quod Aristotelis nomine circumfertur, certius aliquid statuere possimus. Strictim igitur recurrentes ad ea, quae praecedunt in cap. IV. initio, huncce nobis disputationis ordinem indicatum invenimus: πρῶτον ποίας τινὰς δεῖ τὰς ὑποθέσεις εἶναι περὶ τῆς μελλούσης κατ' εὐχὴν συνεστάναι πόλεως· οὐ γὰρ οἷόν τε πολιτείαν γενέσθαι τὴν ἀρίστην ἄνευ συμμέτρου χορηγίας ..... ἔστι δὲ πολιτικῆς χορηγίας πρῶτον τό τε πλῆθος τῶν ἀνθρώπων, πόσους τε καὶ ποίους τινας ὑπάρχειν δεῖ φύσει, καὶ κατὰ τὴν χώραν ὡσαύτως, ὅσην τ' εἶναι καὶ ποίαν τινα [ταύτην?]. Disputatur deinde de civium numero, et postquam de agri magnitudine, de eius situ propiore vel remotiore a mare disputatum est, cap. 7. demum de quaestione ποίους τινὰς ὑπάρχειν δεῖ φύσει. Huic disputationi coniungitur quaestio quae sint re vera partes urbis dicendae, ibique necopinato delabimur ad eam, de qua libri II initio dictum est: „ἀρχὴν δὲ πρῶτον ποιητέον ἥπερ πέφυκεν ἀρχὴ ταύτης τῆς σκέψεως· ἀνάγκη γὰρ ἤτοι πάντας πάντων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας, ἢ μηδενός, ἢ τινῶν μέν, τινῶν δὲ μή. Ea autem quaestio hic sic detorquetur, ut admodum inepte dicatur ἐνδέχεται γὰρ τοὺς αὐτοὺς ἅπαντας εἶναι καὶ γεωργοὺς καὶ τεχνίτας καὶ τοὺς (!) βουλευομένους καὶ δικάζοντας, (omittuntur divitiae, milites et pontifices [1]) ἢ καθ' ἕκαστον ἔργον τῶν εἰρη-

[1] Ea enim absurdissima divisio, de qua statim videbimus, in superioribus facta est partium urbis.

μένων ἄλλους ὑποθετέον, ἢ τὰ μὲν ἴδια τὰ δὲ κοινὰ τούτων ἐξ ἀνάγκης ἐστίν. Quae ineptiae ab eodem profectae esse creduntur, qui p. 1261 a. 36 dixerit ὥσπερ ἂν εἰ μετέβαλλον οἱ σκυτεῖς καὶ οἱ τέκτονες etc. tamquam hoc ne cogitari quidem potuerit! Tum post verba citata sic pergitur: οὐκ ἐν πάσῃ δὲ τοῦτο πολιτείᾳ (?), καθάπερ γὰρ εἴπομεν ἐνδέχεται καὶ πάντας κοινωνεῖν πάντων κ. τ. λ.. Sed praeterquam quod illud τοῦτο nihil habet, quod respiciat, quid tandum hic attinet, quae sit ratio ceterarum civitatium, (de quibus tamen duae tantum δημοκρατία et ὀλιγαρχία nominatim proferuntur) quum agatur de optima civitate? Deinde sic ad propositum revertit: ἐπεὶ δὲ τυγχάνομεν σκοποῦντες περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας, αὕτη δ' ἐστὶ καθ' ἣν ἡ πόλις ἂν εἴη μάλιστ' εὐδαίμων, τὴν δ' εὐδαιμονίαν ὅτι χωρὶς ἀρετῆς ἀδύνατον ὑπάρχειν εἴρηται πρότερον, φανερὸν ἐκ τούτων. .......

Quis mihi dixerit, quid ex hisce pateat? Nemo opinor coniectura id assequi poterit; ipse igitur auctor, quisquis est, dicat: ὡς ἐν τῇ κάλλιστα πολιτευομένῃ πόλει καὶ τῇ κεκτημένῃ δικαίους ἄνδρας ἁπλῶς, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν — οὔτε βάναυσον βίον οὔτ' ἀγοραῖον δεῖ ζῆν τοὺς πολίτας. Quid sint δίκαιοι ἄνδρες κατὰ τὴν ὑπόθεσιν confiteor me nescire; apponam autem locum ex libro III (p. 1278 a. 1 sqq.) ex quo lectores mei, si qui sunt, ipsi poterunt suspicari quod necesse est. Ibi enim confusa disputatione de virtute civis optimi collata cum virtute viri optimi taliter qualiter ad finem perducta, vel, quidni dicam? interrupta, regressio facta est ad civis definitionem, ᾧ κοινωνεῖν ἔξεστιν ἀρχῆς, ut quaereretur: ἢ καὶ τοὺς βαναύσους πολίτας θετέον. Quod primum negatur facile concedi posse, quia „si non particeps sit ille honorum publicorum et tamen civis fuerit fieri non potest. ut boni civis virtus recte definita

sit [1]) (sc. ἐπίστασϑαι καὶ δύνασϑαι καὶ ἄρχεσϑαι καὶ ἄρχειν): sin autem nemo talium civis sit, in quo ordine ponendus sit, non constat: οὐδὲ γὰρ μέτοικος οὐδὲ ξένος. An dicamus hoc non absonum esse? οὐδὲ γὰρ οἱ δοῦλοι τῶν εἰρημένων οὐδέν, οὐδ᾽ οἱ ἀπελεύϑεροι. Deinde sic pergitur: „τοῦτο γὰρ ἀληϑές, ὡς οὐ πάντας ϑετέον πολίτας, ὧν ἄνευ οὐκ ἂν εἴη πόλις· ἐπεὶ οὐδ᾽ οἱ παῖδες ὡσαύτως πολῖται καὶ οἱ ἄνδρες, ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἁπλῶς, οἱ δ᾽ ἐξ ὑποϑέσεως. πολῖται μὲν γάρ εἰσιν, ἀλλ᾽ ἀτελεῖς· ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις παρ᾽ ἐνίοις ἦν δοῦλον τὸ βάναυσον, ἢ ξενικόν. διόπερ οἱ πολλοὶ τοιοῦτοι καὶ νῦν· ἡ δὲ βελτίστη πόλις οὐ ποιήσει βάναυσον πολίτην. Itaque in loco quoque libri IV. de quo agimus, non errabimus si pro δικαίους ἄνδρας restituemus, πολίτας. Simul patet et hic et illic partes eiusdem disputationis nobis superesse, sed ita refictas, ut plane diversae esse videantur. Omnino autem hic consarcinatam esse disputationem nullius pretii ex diversis genuini operis Aristotelici pannis sic quoque patebit. Initio huius capitis legimus: ἐπεὶ δ᾽ ὥσπερ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ φύσιν συνεστώτων οὐ ταὐτά ἐστι μόρια τῆς ὅλης συστάσεως, ὧν ἄνευ τὸ ὅλον οὐκ ἂν εἴη (cf. l.l. ex libro III) δῆλον ὡς οὐδὲ πόλεως μέρη ϑετέον ὅσα ταῖς πόλεσιν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν: eximitur autem ex urbis partibus primo loco ἡ κτῆσις. Post nonnulla autem sic pergit (1328 b. 1.) ἐπισκεπτέον δὲ καὶ πόσα ταυτί ἐστιν ὧν ἄνευ πόλις οὐκ ἂν εἴη. καὶ γὰρ ἃ λέγομεν εἶναι μέρη πόλεως ἐν τούτοις ἂν εἴη ἀναγκαῖον ὑπάρχειν. ληπτέον τοίνυν τῶν ἔργων τὸν ἀριϑμόν· ἐκ τούτων γὰρ ἔσται δῆλον. Ter igitur inania verba fere eadem repetuntur. Sed postquam ea „ἔργα" computata sunt non ad eam quaestionem solven-

---

[1]) Hic sensus saltem requiri videtur, verba ipsa vix intelligi possunt: εἰ μὲν οὖν καὶ τούτους θετέον, οἷς μὴ μέτεστιν ἀρχῶν, οὐχ οἷόν τε παντὸς εἶναι πολίτου τὴν τοιαύτην ἀρετήν. οὗτος γὰρ πολίτης.

dam, quae sint urbis partes aditur, sed statim nova quaestio proponitur *πότερον πᾶσι κοινωνητέον πάντων τούτων*. Ipsa vero ea *ἔργων* enumeratio illa est: primum *δεῖ τροφὴν ὑπάρχειν* secundo *τέχνας*, tertio *ὅπλα*, quarto *χρημάτων τινὰ εὐπορίαν* (quamquam *ἡ κτῆσις* iam ex ordine partium ab initio exempta fuit!) *πέμπτον δὲ καὶ πρῶτον* (Sic!) *τὴν περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλειαν ἣν καλοῦσιν ἱερατείαν* (!) *ἕκτον δὲ τὸν ἀριθμὸν καὶ πάντων ἀναγκαιότατον* (utrum igitur principium obtinebit primum illud, an quintum an vero sextum?) *κρίσιν περὶ τῶν συμφερόντων καὶ τῶν δικαίων τῶν πρὸς ἀλλήλους*. Iam vero haec sunt *ἔργα*!!!

In iis autem quae sequuntur ea sic respiciuntur, ut, ea qui conscribillavit conatus sit *τὰς τέχνας* pulchro isto modo, quo vidimus, eximere ex partibus urbis, quasi vero *τέχνη* et *βαναύσων ἔργα* significant idem! Deinde eximit *τροφὴν* verbis *οὐδὲ δὴ γεωργοὺς εἶναι τοὺς μέλλοντας ἔσεσθαι* (sic! Susemihl addit *πολίτας*) cuius ratio verbis Aristotelicis aliunde repetitis redditur. Deinde *ὅπλα* et iudices cum senatoribus sic coniunguntur, ut hi unum genus efficere videantur; quid autem de iis dicatur statim videbimus. In considerandis autem omnibus hisce urbis partibus — sic enim iam eas appellemus — saltem quodammodo ea quae continuo huic loco praemissa sunt observantur: plane autem negliguntur in iis quae iam sequuntur, conflata, ex repetitionibus et reliquiis sermonis Aristotelici ut mea quidem fert coniectura: „*ἀλλὰ μὲν καὶ τὰς κτήσεις δεῖ εἶναι περὶ τούτους* (!?) *ἀναγκαῖον γὰρ εὐπορίαν ὑπάρχειν τοῖς πολίταις, πολῖται δὲ οὗτοι· τὸ γὰρ βάναυσον οὐ μετέχει τῆς πόλεως, οὐδ' ἄλλο οὐθὲν γένος ὃ μὴ τῆς ἀρετῆς δημιουργόν ἐστιν. τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῆς ὑποθέσεως· τὸ μὲν γὰρ εὐδαιμονεῖν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν μετὰ τῆς ἀρετῆς, εὐδαίμονα δὲ πόλιν οὐκ εἰς μέρος τι βλέψαντας δεῖ λέγειν αὐτῆς, ἀλλ' εἰς πάντας τοὺς πολίτας. φανερὸν*

δὲ καὶ ὅτι δεῖ τὰς κτήσεις εἶναι τούτων, εἴπερ ἀναγκαῖον εἶναι τοὺς γεωργοὺς δούλους ἢ βαρβάρους ἢ περιοίκους. Ex quibus nisi φανερόν ἐστιν, non eam summi philosophi disputationem esse integram: ne id quidem pro certo affirmari licebit, meridie lucere. Oculis enim, remota disputandi subtilitate, cernitur, quibus inanibus repetitionibus pertexta sit, quamque sordido crassoque filo resarciti sint hiatus. Quam indignum autem fuerit Aristotele, multis verbis ut hic factum est, nihil dicere, is videbit, qui p. 1263 sqq. eum de eadem re contra Platonem scribentem contulerit cum istis.

Itaque iam ex totius loci conditione dubitatio nobis oritur an quae de magistratibus deque pontificibus hic proferuntur sententiae, ad summam sint eae quidem Aristotelicae, sed et de sua sede discerptae et misere detruncatae et pessumdatae. Quae dubitatio et iis ipsis affirmatur, et hocce prooemio: ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ πολεμικὸν καὶ τὸ βουλευόμενον περὶ τῶν συμφερόντων καὶ κρῖνον περὶ τῶν δικαίων ἐνυπάρχει καὶ μέρη φαίνεται τῆς πόλεως μάλιστα ὄντα (id ipsum hic demonstrandum erat) πότερον ἕτερα καὶ ταῦτα θετέον ἢ τοῖς αὐτοῖς ἀποδοτέον ἄμφω (sic!). Deinde res ipsa ita docetur: φανερὸν δὲ καὶ τοῦτο, διότι τρόπον μέν τινα τοῖς αὐτοῖς, τρόπον δέ τινα καὶ ἑτέροις. Ac statim fieri non potuit ut Aristoteles, non solum Socraticus, sed parens artis logices, confunderet ὅτι et διότι. Aut igitur ne haec quidem sententia genuina est, aut si est, legendum erit: φανερὸν δὲ καὶ τοῦτο δὴ ὅτι. Occurrit autem διότι pro ὅτι non solum hoc loco; sed ubicunque occurrit aut emendandum est, aut indicium falsi esse non unicum patebit iis, qui diligenter et mente non praeoccupata loci contextum intuebuntur. Emendandum est Lib. I cap. 2. (1253 a. 7) ubi haec leguntur: ἅμα γὰρ φύσει τοιοῦτος (sc. ὁ ἄπολις) καὶ πολέμου ἐπιθυμητής, ἅτεπερ ἄζυξ ὤν, ὥσπερ ἐν πεττοῖς (?).

*Διότι δὲ πολιτικὸν ζῷον ἄνθρωπος πάσης μελίττης καὶ παντὸς ἀγελαίου ζῴου μᾶλλον, δῆλον.* Legendum est: *ὥσπερ ἐν πέτραις* Αἰ[*ετός*]. *Ὅτι κ. τ. λ.*. [1]) Indicia falsi sunt 1329 b. 38; 1334 a. 34; 1290 a. 22 de quibus ultimis locis etiam acturi sumus; hic (quamquam nobis semper pro plurimorum mss. natura licet *δή* et *δι* ex arbitrio nostro edere, et *δή* tam bene convenit, quam absonum est *δι*) tamen talis est loci totius conditio,ut non ausim hoc vel illud pro certo statuere. Sed iam legere pergamus: *ἡ μὲν γὰρ ἑτέρας ἀκμῆς ἑκάτερον τῶν ἔργων καὶ τὸ μὲν δεῖται φρονήσεως τὸ δὲ δυνάμεως, ἑτέροις· ἡ δὲ τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ τοὺς δυναμένους βιάζεσθαι καὶ κωλύειν* (quid?) *τούτους ὑπομένειν ἀρχομένους ἀεί* .... (quid exspectas? nonne iterum *ἑτέροις*?) *ταύτῃ δὲ τοῖς αὐτοῖς. οἱ γὰρ τῶν ὅπλων κύριοι καὶ μένειν ἢ μὴ μένειν κύριοι* (sic!) *τὴν πολιτείαν. λείπεται τοίνυν* (indicant haec verba excidisse *τὴν ἀπορίαν*, cuius pars quaedam, difficile esse eos, qui soli sint armati, semper parere, ad sententiam absurdam illam, quam habemus, videtur esse detorta) *λείπ. τοίνυν τοῖς αὐτοῖς μὲν ἀμφοτέροις* (?) *ἀποδιδόναι τὴν πολιτείαν ταύτην* (?) (fortasse deletis *τὴν πολιτείαν ταύτην* legendum *τοῖς αὐτοῖς μὲν ἀμφότερα ἀποδιδ.*) *μὴ ἅμα δέ. ἀλλ' ὥσπερ πέφυκεν ἡ μὲν δύναμις ἐν νεωτέροις, ἡ δὲ φρόνησις ἐν πρεσβυτέροις εἶναι, οὐκοῦν οὕτως ἀμφοῖν νενεμῆσθαι συμφέρει καὶ δίκαιον ἐστιν.* (Sic recte ut mihi videtur R. Congreve; Bekker et Sus. *ἐστὶν—εἶναι.*) *ἔχει γὰρ αὕτη ἡ διαίρεσις τὸ κατ' ἀξίαν.* De ultimis verbis du-

[1]) Verba „*ἐν πέτραις αἰετός,*" cum nescio quo modo poetam redoleant, et apud Hesych. annotatum sit: *ἄζυγα· ἄζευκτον. Ἀρχίλοχος.* fortasse huic poetae reddendus est versus ex hoc nostro loco talem fere: „*ἄζυγα τὸν ἐν πέτρῃσιν αἰετὸν* [*ὀρυγῶν*]": ultimo vocabulo plane incerto. Et profecto nescio an saepius in litteris antiquis loci suavissimi lepores non tantum ideo non animadvertantur, quia ipse sit depravatus, sed quia totae sint quasi detruncatae statuae.

bitari licet, num verisimile sit nihil aliud affirmatum esse ab Aristotele nisi hanc divisionem habere id, quod dignitas postulet. Illud autem nemo est quin videat, huic divisioni optime concinere ea, quae nunc admodum incondite leguntur p. 1261 a. 32—b 6, de quibus verbis egimus p. 26 sqq.; neque iam vereor, ne quis gravetur, quominus nobiscum legat, ut l.l. partim ex cod. Γ. proposuimus *τοῦτο μὲν νενέμηται κ. τ. λ.* quae verba, si totus locus coniunctus sit cum hac de honoribus publicis dividendis disputatione, nulla iam interpretatione indigeant. Quae autem ibi sequuntur *οἱ μὲν γὰρ ἄρχουσιν οἱ δ' ἄρχονται* nescio an corrupta sint; male enim congruere ea videmus cum iis quae continuo post ibi adduntur *τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἀρχόντων, ἕτεροι ἑτέρας ἄρχουσιν ἀρχάς* [1]. Sed redeamus ad ceteras discerptae huius de magistratibus gerendis disputationis partes, quae postquam de sede sua migraverunt, graviorem in modum quam illae sunt corruptae. Post illa *τὸ κατ' ἀξίαν* leguntur pulchra ista de divitiarum divisione, post quae sic pergitur: „*λοιπὸν δ' ἐκ τῶν κατηριθμηθέντων τὸ τῶν ἱερέων γένος· φανερὰ δὲ καὶ ἡ τούτων τάξις. οὔτε γὰρ γεωργὸν οὔτε βάναυσον ἱερέα καταστατέον· ὑπὸ γὰρ τῶν πολιτῶν πρέπει τιμᾶσθαι τοὺς θεούς· ἐπεὶ δὲ διῄρηται τὸ πολιτικὸν εἰς δύο μέρη, τοῦτ' ἔστι τό τε ὁπλιτικὸν καὶ τὸ βουλευτικόν, πρέπει δὲ τήν τε θεραπείαν ἀποδιδόναι τοῖς θεοῖς καὶ τὴν ἀνάπαυσιν ἔχειν περὶ αὐτοὺς τοὺς διὰ τὸν χρόνον ἀπειρηκότας, τούτους ἂν εἴη ταῖς ἱερωσύναις ἀποδοτέον.* Pro *τούτους ἂν εἴη ταῖς ἱερωσύναις ἀποδοτ.* graece esset *τούτοις ἂν εἴη τὰς ἱερωσύνας ἀποδοτέον.* Sed hoc est levioris momenti. Gravioris est, quod

---

[1]) Fortasse parva mutatione legendum erit: *οἳ μὲν γὰρ ἄρχονται, οὗτοι δὴ ἄρξουσιν, ὥσπερ ἂν ἄλλοι γενόμενοι.* Sed in dubiis abstinere me satius duco.

sententia ipsa fraudem arguit. Nam cum philosophus sic inchoat, ut ἀποφαντικῶς dicat „quia functiones civiles bipartito sunt divisae, aut armis tueri rem publicam, aut eam consilio regere, et quia fas est, deos coli et hac in re otio frui eos, qui aevo grandiores sint," exspectamus novam aliquam quaestionem, exempli gratia, per quos viros pueri sint instituendi vel iudicia exercenda vel aliud nescio quid faciendum. Quae autem ista est ratio concludendi, „quia functiones civiles bipartito sunt divisae et quia fas est suum deis immortalibus cultum tribuere et in eorum ministerio requiescere aevo grandiores, tribuendi sunt hi sacerdotiis"? Quid principium ad finem facit? An si tripartito functiones illae divisae fuerint aut quadripartito, non seniores, sed iuniores pontifices esse oporteret? Et quid sibi velint, ubi sermo est de aetate pontificum, illa „πρέπει δὲ τήν τε θεραπείαν ἀποδιδόναι τοῖς θεοῖς", praesertim cum in praecedenti periodo non solum hoc sibi scriptor iam sumpserit, sed iam quasi de re certa statuerit ὑπὸ τῶν πολιτῶν πρέπει τιμᾶσθαι τοὺς θεούς? Et quis paulo saniore mente praeditus, ne dicam nobilem philosophum, ταυτολογίαν eam proferre potuit, quia oportet senes pontifices esse — oportet senes pontifices esse? Itaque rursus patet lacunam insulso additamento esse expletam. Quid mirum igitur, quum totum caput ex diversissimis pannis consutum sit, quod eius quasi ἐπίλογος invita Minerva fictus esse videatur, quamquam huius ipsius verba fortasse tantum non omnia Aristotelica sunt habenda? Sic enim concluditur: ὧν μὲν τοίνυν ἄνευ πόλις οὐ συνίσταται καὶ ὅσα μέρη πόλεως, εἴρηται· (?) γεωργοὶ μὲν γὰρ καὶ τεχνῖται (!) καὶ πᾶν τὸ θητικὸν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν ταῖς πόλεσιν, μέρη δὲ τῆς πόλεως τό θ' ὁπλιτικὸν καὶ βουλευτικόν. καὶ κεχώρισται δὴ τούτων ἕκαστον, τὸ μὲν ἀεὶ τὸ δὲ κατὰ μέρος.

Hic igitur finis est capitis, cuius prooemium erat, restare, ut inquirendum sit, πότερον πᾶσι κοινωνητέον πάντων τούτων κ. τ. λ.!!! Dixi verba tantum omnia Aristotelica esse videri; nam in universum graece sunt scripta; [1]) licet πᾶν τὸ θητικὸν quasi γεωρ. καὶ τεχν. etiam θῆτες essent vix recte sese habeat; sententia autem μέρη δὲ τῆς πόλεως τὸ θ' ὁπλιτικὸν καὶ (τὸ?) βουλευτικόν certe non Aristotelis est. Habemus enim definitionem quid sit πολίτης initio libri III (pag. 1275 b. 17—21) cuius immemor fuisse dicendus erit, si utrumque ipse perscripserit.

Contra ex hoc capite et iis sententiis quae eo pertinent paulo distinctiorem explicationem lucrati sumus sententiae, quam quasi flexiloquo obscuroquo oraculi sermone editam habemus post verba εἴρηται δὲ πρότερον περὶ αὐτοῦ in eo loco, quem supra (p. 31) attulimus, et unde tota haec oratio digressa est. Nam primum verbis οὐδὲ νομίζει εἶναι κρείττων lucem afferre possumus ex iis εἴτε ἀγαθὸν εἴτε φαῦλον τὸ ἄρχειν (p. 26); tum vero, quod caput est, ipsa sententia „ἔστι μὲν ἄρα ὡς τοὺς αὐτοὺς ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι φατέον, ἔστι δ' ὡς ἑτέρους" quamquam verisimile est, multa quibus illustrata fuerit, intercidisse, tamen quodammodo iam intelligitur: iuniores partibus copiarum esse praeficiendos, maturiores in senatum adhibendos, senioribus digna otia concedenda in deorum cultu. Simul autem vel sine aliis argumentis patet verba εἴρηται δὲ πρότ. περὶ αὐτοῦ non esse Aristotelis. Nam si Aristoteles ipse eas quaestiones „εἰ ἑτέρους εἶναι δεῖ τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς ἀρχομένους" (p. 1332 b. 13) et πότερον ἕτερα καὶ ταῦτα θετέον (p. 1329 a. 5) suapte natura coniunctissimas, loco disiunxisset, *profecto illam ante eam positurus fuerit*. Nam, quamquam multa

[1]) Nominativum pro accusat urgere nolui, quia potuit esse scribarum mendum.

deesse videntur, et ea quae supersunt, apertissime sunt detorta, tamen utrumque locum accuratius considerantibus, illum ordinem disquisitionis a philosopho esse initum videre nobis videmur [1] „Quid statuendum est de magistratibus in optima civitate? Nonne satius erit semper eosdem iubere, eosdem parere? Esset id quidem satius, si usquam terrarum satis magnum discrimen inveniretur et corporum et animorum inter magistratus et privatos. Sed tantum ut sit discrimen fieri posse non videtur, neque ullo pacto fieri posse, ut sit inter similes et pares, quales optimae rei publicae cives esse decet. At discrimine opus esse! Discerni igitur oportere aetates: adolescentes ut pareant; iuvenes maturiores ut capessant rem publicam; et primum quidem accedant ad militaria imperia, deinde aetate corroborata, ius dicant, iudicia exerceant, civitatem prudentia et consilio regant et administrent, senes denique pontifices facti otio cum dignitate fruantur. Sic fore ut et pares sint ab initio et simili conditione invicem cedant, et quum iidem sint qui iubeantur ac qui iubeant, tamen quasi diversi sint proque diversis magistratibus diversi."

Haec igitur lineamenta adumbrata, seiunctis iis, quae exstrinsecus sunt allata, etiam nunc in iis locis cognosci possunt, sed ut vidimus, prorsus discisa; ut ex uno hoc exemplo effici liceat, *libros de Republ. qui Arist. nomine circumferuntur, non solum rimas traxisse, sed dilaniatos fuisse, temereque et sordide consutos esse a librario, qui, quicum-*

---

[1]) Ne quis etiam post ea, quae p. 33 diximus, arbitretur p. 1332b. disputatum esse de varia puerorum institutione, nonne, si hoc voluit phil. satis fuit tale fere prooemium: „*ἐπειδή, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, ἔστι μὲν ὡς τοὺς αὐτοὺς ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι φατέον, ἔστι δ' ὡς ἑτέρους κ. τ. λ.* ?"

que fuit, huic provinciae minime par fuerit vel doctrina philosophica, vel sanitate mentis.

Atque in ea re hoc mihi liceat profiteri, mihi de hoc opere quod Aristotelis dicitur, nullum praeiudicium fuisse, meque ipsum, quum de singulis locis inquirerem nescivisse, fore ut ea mihi opinio defendenda esset. Itaque eandem admirationem, quam ipse animi conceperam, quum eam esse horum librorum conditionem ex ipsis disputationibus necopinato viderem, eam tentavi apud lectores quoque meos movere. Qui si opinionem meam nasis aduncis contemnere velint, aequo animo patiar; quippe si, ut spero, recte iudicavi, vera contemni non potuerint; sin erravi, mihi erratum fuerit. Hoc autem deprecor, nequis, omissis rationibus, neglectisque iis, quas iam protulimus, quasque etiam prolaturi sumus, „temeritatem" vel „hypercriticam" nescio quam invidiose declamitet damnetre. Contra gratias ei habebo, qui me errasse probare voluerit.

Atque eorum, quos adversarios sententiae nostrae fore pertinacissimos sat scio, duplex quasi genus video; alterum quod Göttlingianum appellemus, qui viri doctissimi ii quidem, omnen doctrinam omnemque ingenii aciem eo intendunt, ut totum opus, quod Aristotelicum fertur, omnibus numeris absolutum esse defendant; alterum, quod Spengelianum dicamus, qui viri non solum docti sed etiam critici, transpositis libris et, artis opera, quam criticam coniecturalem vocant, passim nonnullis mutatis, cetera iam Aristotele digna esse arbitrantur. Quorum alteris quia unquam a me persuaderi posse non spero ne conabor quidem contradicere. Alteri quid dicant videamus. Atque primum quidem ubi summa totius non intelligitur nullius esse artis mutare verba, apud viros revera criticos, (Cobetos, Madvigios, Dindorfios, alios) constat, qui profecto

numquam tot certissimas emendationes protulissent, si ista arte critica coniecturali essent usi. Itaque mutationes quas ex tali arte passim in libris de Republ. tentatas scio, neque examinare, neque refellere in animo est; librorum transpositiones videamus. Eum enim iustum esse librorum ordinem censent I, II, III, VII, VIII, IV, VI, V. argumentis usi et ex ipsa disputationum serie ductis — interiora ea vocant — et ex nonnullis locis, ubi hoc vel illud respici videtur de quo postea demum agitur, — exteriora quae dicunt. — Iam vero interiora ista si apparet nauci non esse, manifestum est iis locis nostrae sententiae magis faveri quam Spengelii, (Conringii, Barthélemii St. Hilaire,) quo minus verisimile sit, libros potissimum totos sedem suam mutasse. Hoc igitur est, quod in controversiam vocetur, num sana sit series disputationum intra singulos libros. Quod non ita esse quodammodo iam vidimus in iis locis de quibus supra egimus. Nam inter disputationem de civitatis unitate interpositam vidimus partem quandam disputationis de muneribus publicis, quo modo inter cives optimae civitatis distribuenda sint; vidimus aliam eiusdem disputationis partem transformatam esse ad disputationem de varia puerorum instituendorum ratione, quae etiam si sic ab ipso Aristotele esset inchoata, ut in libris nostris legitur, tamen dicenda esset de sede sua aberrasse, cum postea demum et in ipsis libris ordiatur disputatio de pueris instituendis, et ipsa rerum natura postulet, si disputandum fuerit et de concubitu et de pueris erudiendis, ut de hac quaestione post illam disseratur: „εἴπερ οὖν ἀπ' ἀρχῆς τὸν νομοθέτην ὁρᾶν δεῖ ὅπως βέλτιστα τὰ σώματα γένηται τῶν τρεφομένων, πρῶτον μὲν ἐπιμελητέον περὶ τὴν σύζευξιν" ut in ipsis libris recte dicitur. Neque solum is disputandi ordo ex rerum natura sequitur, sed

etiam de corporum formatione prius est disserendum quam de animis; ut plane absurdum esset, si idem, qui verba supra l. scripsisset, tamen disputationem de tota hac educationis ratione sic inchoasset, ut primum inquireret num pro diversa civium conditone adolescentes varie sint formandi. Quodsi vel hoc fecisset, rursus absonum esset, postea demum quaerere, utrum rei publicae haec cura tribuenda sit an singulis patribus familiarum relinquenda. Vidimus porro cum ea reficta parte disputationis de munerum publicorum in optima republica servanda distributione, conglutinatas sententias quasdam, quae, quamquam et ipsae repetitae essent ex disputatione de honoribus publicis distribuendis, tamen neque cohaererent cum praecedentibus sequentibusque, neque ullo modo convenirent disputationi de honoribus in optima civitate inchoatae[1]). Vidimus denique eiusdem disputationis pannos ad centonem, ut ita dicam, consutos, qui speciem praeberet texturae, ex quo civitatis partes conspicuae forent. Eam autem quasi disputationem de partibus civium, (has enim tantum quaesitas esse ex epilogo illo patet, quo tam pulchre disputationis summam subductam esse vidimus,) non ad eum finem ab initio institutam fuisse scimus, sed ut ἔργα quaedam

[1]) Liceat mihi hic argumentum etiam insuper addere ad sententiam nostram probandam, abhorrere quam maxime metum seditionis a tali civitate, ideoque verba p. 1332 b. 29 „ὑπάρχουσι νεωτερίζειν βουλόμενοι πάντες οἱ κατὰ τὴν χώραν· τοσούτους τ' εἶναι τοὺς ἐν τῷ πολιτεύματι τὸ πλῆθος, ὥστε εἶναι κρείττους πάντων τούτων ἕν τι τῶν ἀδυνάτων ἐστίν" absurdissima esse. Legitur enim p. 1272 b. 30. „σημεῖον δὲ πολιτείας συντεταγμένης τὸ τὸν δῆμον ἔχουσαν διαμένειν ἐν τῇ τάξει τῆς πολιτείας καὶ μήτε στάσιν ὅτι καὶ ἄξιον εἰπεῖν γεγενῆσθαι. Quem locum etiam hanc ob causam attuli, ut eum emendarem. Legendum est enim: „σημεῖον δὲ πολιτείας εὖ τεταγμένης τὸ ἔχουσαν διαμένειν ἐν τῇ τάξει deletis verbis τὸν δῆμον τῆς πολιτείας ex glossemate ortis.

enumerarentur, quibus cognitis scilicet constaret, utrum omnium omnes cives participes esse oporteret, necne. Sed ad eam ipsam dubitationem nos necopinato delapsos esse supra diximus, ubi tantum a cap. 4 (Libr. IV. (7.), usque ad cap. 7 (quodammodo saltem) eum disputandi ordinem recognovimus, qui indicatus fuit. Adde quod, cum cap. 4 initio dictum sit „*οὐ γὰρ οἷόν τε πολιτείαν γενέσθαι τὴν ἀρίστην ἄνευ συμμέτρου χορηγίας*" atque de ea *χορηγία*, quae esset et qualis, primum videndum fuerit, (de civium numero, de agri magnitudine cet.) cumque certe ipsius urbis situs pertineat ad conditiones civitatis bene constituendae, tamen capite XI demum de ea re agitur. At quales post digressiones! Quas cum bonam partem iam novimus absurdissimas, tum quae sequuntur vel magis etiam absonae sunt. Etenim caput X sic incipit: *ἔοικε δ' οὐ νῦν οὐδὲ νεωστὶ τοῦτ' εἶναι γνώριμον* (sic!) *τοῖς περὶ πολιτείας* (!) *φιλοσοφοῦσιν, ὅτι δεῖ διῃρῆσθαι χωρὶς κατὰ γένη τὴν πόλιν καὶ τό τε μάχιμον ἕτερον εἶναι καὶ τὸ γεωργοῦν. ἐν Αἰγύπτῳ τε γὰρ ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον ἔτι καὶ νῦν τά τε περὶ τὴν Κρήτην* (!)*· τὰ μὲν οὖν περὶ Αἴγυπτον Σεσώστριος, ὥς φασιν, οὕτω νομοθετήσαντος, Μίνω δὲ τὰ περὶ Κρήτην. Ἀρχαία δ' ἔοικεν* (!) *εἶναι καὶ τῶν συσσιτίων ἡ τάξις, τὰ δὲ περὶ τὴν Ἰταλίαν πολλῷ παλαιότερα τούτων.* [Eas tamen ineptias ne Susemihl quidem secludere ausus est]. Hisce coniungitur fabula de rege Italo, unde nomen Italiae, huiusque terrae *κατ' ἔθνος* descriptio [ea tamen et Susemihl. offendit] et post alias sententias neque sanas neque graecas, sic tanquam ad propositum recurritur: Ὅτι *μὲν οὖν δεῖ τὴν χώραν εἶναι τῶν ὅπλα κεκτημένων καὶ τῶν τῆς πολιτείας μετεχόντων* (!), *εἴρηται πρότερον· καὶ διότι* (!) *τοὺς γεωργοῦντας αὐτῶν ἑτέρους* (!) *εἶναι δεῖ, καὶ πόσην τινὰ χρὴ καὶ ποίαν εἶναι τὴν χώραν· περὶ δὲ τῆς διανομῆς καὶ*

*τῶν γεωργούντων* (?) *τίνας καὶ ποίους εἶναι χρὴ λεκτέον· πρῶτον* ... (omitto pauca omni paene sensu carentia) *περὶ συσσιτίων τε συνδοκεῖ πᾶσι χρήσιμον εἶναι ταῖς εὖ κατεσκευασμέναις πόλεσιν ὑπάρχειν* (!)· *δι' ἣν δ' αἰτίαν συνδοκεῖ καὶ ἡμῖν, ὕστερον ἐροῦμεν.* Denique aegri, tamquam ex iactatione fluctuum, ex ineptiarum vasto gurgite tandem aliquando emergimus in disputationis partem, qua efficitur quo modo agri publici viritim sint dividendi. Deinceps de agricolis dicitur totumque caput concluditur *τίνα δὲ δεῖ τρόπον χρῆσθαι δούλοις καὶ διότι βέλτιον πᾶσι τοῖς δούλοις ἆθλον προκεῖσθαι τὴν ἐλευθερίαν, ὕστερον ἐροῦμεν*!!! Nonne ubi haec legeris cum Spengelio laete exclamaveris: „Erst durch diese Anordnung (sc. libris VII et VIII cum III coniunctis) wird der Inhalt der folgenden [1]) Bücher recht verständlich (!) und nur so ist alles übereinstimmend?"

Recurramus ad primum illud nostrum exemplum, de quo p. 11 sqq. egimus. Ibi (p. 15) breviter ostendimus, ante verba „*ἐπεὶ δὲ φανερὸν πρότερον τοῖς ἔθεσι παιδευτέον ἢ τῷ λόγῳ εἶναι καὶ περὶ τὸ σῶμα πρότερον ἢ τὴν διάνοιαν, δῆλον ἐκ τούτων* lacunam esse, cum 1337 a. 38 id ipsum in dubium vocaretur, quod hic (1338 b. 4) pro certo positum esset, neque interea quidquam a philosopho esset prolatum, unde necopinato id liqueret. Et de corporibus quidem ante mentes formandis, si quis locum indicatum contulerit, plane nihil eum ibi repperisse sat scio, de altera quaestione non satis definitis verbis. Sed quia constitueram in hisce tirociniis meis lectores, si quos habeo, quasi commilitones et *συνίστορας* habere, quo magis „*τό τ' ὀρθῶς ἔχον ὀφθῇ—ἔτι δὲ δὲ τὸ ζητεῖν—μὴ δοκῇ πάντως εἶναι σοφίζεσθαι βουλομένου,*" nolui, cum etiamdum quasi in *περιπολίῳ* essem, confiteri,

[1]) Ipsos libros septimum et octavum dicit.

me etiam magnam partem huius ipsius loci consarcinatoris censere ficticia esse, quibus lacunam iste explere studeret. Itaque cum viderem ibi deesse cum alias de pueris educandis et erudiendis quaestiones, tum illam quid prius esset formandum corpus an ingenium, alias autem per vanas iterationes proferri, eorum interpretum morem secutus sum, qui non explicant quid dictum sit, sed primum ea, quae dicenda essent quasi inferunt in verba molesta et intricata, deinde sibi ipsi et aliis persuadent ista dicta esse. Totus ille locus est hic: „τίς δ' ἐστὶν ἡ παιδεία καὶ πῶς χρὴ παιδεύεσθαι δεῖ μὴ λανθάνειν· νῦν γὰρ ἀμφισβητεῖται περὶ τῶν ἔργων (?) οὐ γὰρ ταὐτὰ πάντες ὑπολαμβάνουσι δεῖν μανθάνειν τοὺς νέους οὔτε πρὸς ἀρετὴν οὔτε πρὸς τὸν βίον (τὸν ἄριστον), οὐδὲ φανερὸν πότερον πρὸς τὴν διάνοιαν πρέπει μᾶλλον ἢ πρὸς τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος· ἔκ τε τῆς ἐμποδὼν παιδείας ταραχώδης ἡ σκέψις καὶ δῆλον οὐδὲν πότερον ἀσκεῖν δεῖ τὰ χρήσιμα πρὸς τὸν βίον ἢ τὰ τείνοντα πρὸς ἀρετὴν ἢ τὰ περιττά· πάντα γὰρ εἴληφε ταῦτα (ταῦτ' εἴληφε?) κριτάς τινας. περί τε τῶν πρὸς ἀρετὴν οὐθέν ἐστιν ὁμολογούμενον· καὶ γὰρ τὴν ἀρετὴν οὐ τὴν αὐτὴν εὐθὺς πάντες τιμῶσιν, ὥστ' εὐλόγως διαφέρονται καὶ πρὸς τὴν ἄσκησιν αὐτῆς." Videmus usque ad ἦθος de moribus *ante* ingenia formandis non agi, et de corporibus exercendis plane taceri; id tantum quaeritur quid sit educatio, et quomodo pueri sint erudiendi, cum tunc homines dissentirent, quibus rebus oporteret iuvenes institui *aut* ad virtutem, *aut* ad vitam, (si additur ut in libris: „optimam" nulla est distinctio:) ut nunc quoque fit et fortasse semper fiet: cumque praeterea tum ne liqueret quidem, utrum esse *potius* respiciendum in cuiusque pueri institutione, ingenium an mores. Itaque Rich. Congreve prudenter atque sobrie ultima explicans, vertit quae revera sunt dicta: „ought education to aim at the culti-

vation of the intellect or rather at the formation of the moral character." Idem autem vir cl. addens ubi de ea re actum sit, ablegat lectores ad locum — quemnam statim videbimus, — ubi tamen non disputatum est de quaestione, utrum potius sit respiciendum, sed utrum prius. Neque profecto verisimile est, Aristotelis aetate fuisse, qui alterutrum plane negligendum esse censerent. Itaque nisi ea verba graviorem corruptelam contraxerint, legendum sit πότερον [πρότερον] πρὸς τὴν διάνοιαν πρέπει (μᾶλλον) ἢ πρὸς κ. τ. λ. In sequenti autem sententia nihil novi additur nisi, ne id quidem liquere, an pueri docendi sint „supervacanea [1]). Sed molestissimas repetitiones missas facio; id dico: ἡ σκέψις si ipsa ea est, (de qua hic agi videtur) de tota puerorum institutione, neque ego intelligo, neque credo, alius, omissis argutiis disciplinarum quas nonnulli „höheren speculativen" praedicant atque profitentur, facile explicabit, qui fiat, ut „ex usitata institutione disceptatio confusionis plena sit, neque quidquam manifestum, utrum utilia sint docenda etc.; quamquam verba graeca vel magis absona sunt quam latina; quid enim sit praepositio ἐκ? An id quod ὑπό? Statim autem lux iis affulget, si post illa διὸ καὶ τὴν μουσικὴν οἱ πρότερον εἰς παιδείαν ἔταξαν κ. τ. λ. (vide l.l. p. 13) ante „ὅτι μὲν τοίνυν κ. τ. λ. (l.l. p. 11) legeretur: „ἐκ δὲ τῆς ἐμποδὼν κ. τ. λ., praesertim cum quae de eadem re libri eiusdem cap. 5 habemus cum iis conferantur. Sequentem quoque periodum aliunde hic inconcinne admodum positam esse, paulo diligentius considerantibus patebit. Primum enim verbis περί—ὁμολογούμενον tertio idem quod in praecedentibus inest repetitur, deinde autem de virtute si hic quaeratur, id unum quaeri potuit,

---

[1]) τὰ περιττά: Stahr: „die höheren speculativen Wissenschaften"!!!

quoad et quibus modis pueri ad eam sint formandi; verbis vero διαφέρονται καὶ πρὸς τὴν ἄσκησιν αὐτῆς hanc vim habere non possunt.

Itaque videmus hic quoque consarcinatoris pravam in explendis lacunis versantem assiduitatem. Verisimile igitur est, inter res de quibus non constaret in pueris educandis, etiam hanc ibi ab Aristotele esse enumeratam, utrum corpora prius essent formanda quam mentes, ambiguique non utrum mores an ingenia erudienda essent, sed quo utrumque ordine fieri oporteret. Sed haec utut sunt, cum hic primum quaereretur τίς δ' ἐστιν ἡ παιδεία καὶ πῶς χρὴ παιδεύεσθαι, in sequenti pagina sine ullis argumentis affirmari non potest, liquere iam utra pars animi necesse sit primum erudiendi locum obtineat. Quod etiam magis furiosum esset, si revera Arist. aetate fuerunt, qui alteram partem prorsus negligendam esse arbitrarentur, ut Congreve aequo animo philosophum dicentem patitur. Sed idem vir cl. ne hoc quidem molestum ducit, prius quam ipsa ea quaestio proferatur, disputatum de ea iam esse. Placide enim „the question", ait, „was discussed. IV (7) 15. 9. 10." Atque primum strictim moneo, potuisse eum paragraphos 7, 8 addere ad 9 et 10 (1334 b. 8—28 non 17—28.) Tum vero fugit v. cl., ut iam supra monui, ibi agi tantum de ordine educationis, non de animi partibus erudiendis aut negligendis. Deinde autem non plane concedere possum, vel de ea re disputatum esse, sed sententiae nonnullae ad talem disputationem pertinentes ibi proferuntur eiusque „non bene iunctarum discordia semina." Sed etiamsi ornatissime et copiossime esset disputatum scitus certe atque elegans disputationum ordo esset, et Aristotele, opinor, dignus, in libro septimo si disputatum esset „πότερον παιδευτέοι τῷ λόγῳ πρότερον ἢ τοῖς

ἔθεσιν" in libro autem octavo quaereretur πῶς χρὴ παιδεύεσθαι." At censet Spengelius, modo ii libri sic post librum III ponantur, ut septimus qui fuit, sit quartus, et octavus fiat quintus, omnia iam sanissima fore et expeditissima: — et assentiuntur editores et docti et critici.

Sed „summa sequar vestigia rerum." Ipse ille locus de quo pag. 11 egimus hisce incipit: ὅτι μὲν τοίνυν ἔστι παιδεία τις ἣν οὐχ ὡς χρήσιμον παιδευτέον .... οὐδ' ὡς ἀναγκαῖον, ἀλλ' ὡς ἐλευθέριον καὶ καλὸν φανερόν ἐστι. πότερον δὲ μία τὸν ἀριθμὸν ἢ πλείους καὶ τίνες αὗται καὶ πῶς ὕστερον λεκτέον." De ea autem re in sequentibus non agitur; ista vero disputationis fragmenta, de ordine in pueris erudiendis observando, conglutinata sunt, mirabile dictu, cum paucis fragmentis huius quaestionis. Etenim p. 1334 a. 13 legitur: φανερὸν, ὅτι δεῖ τὰς εἰς τὴν σχολὴν ἀρετὰς ὑπάρχειν· τέλος γάρ, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις, εἰρήνη μὲν πολέμου, σχολὴ δ' ἀσχολίας. (Iam non opus est monere verba haec addita esse ad coniungenda praecedentia cum sequentibus) χρήσιμοι δὲ τῶν ἀρετῶν εἰσὶ πρὸς τὴν σχολὴν καὶ διαγωγὴν ὧν τ' ἐν τῇ σχολῇ τὸ ἔργον καὶ ὧν ἐν τῇ ἀσχολίᾳ [1]) ....... ἀνδρίας μὲν οὖν καὶ καρτερίας δεῖ πρὸς τὴν ἀσχολίαν, φιλοσοφίας δὲ πρὸς τὴν σχολήν, σωφροσύνης δὲ καὶ δικαιοσύνης ἐν ἀμφοτέροις τοῖς χρόνοις καὶ μᾶλλον εἰρήνην ἄγουσι καὶ σχολάζουσιν. ὁ μὲν γὰρ πόλεμος ἀναγκάζει δικαίους εἶναι καὶ σωφρονεῖν, ἡ δὲ τῆς εὐτυχίας ἀπόλαυσις καὶ τὸ σχολάζειν μετ' εἰρήνης ὑβριστὰς ποιεῖ μᾶλλον. πολλῆς οὖν δεῖ δικαιοσύνης καὶ πολλῆς σωφροσύνης τοὺς ἄριστα δοκοῦντας πράττειν καὶ πάντων τῶν μακαριζομένων ἀπολαύοντας· οἷον εἴ τινές εἰσιν, ὥσπερ

[1]) Ex sequentibus patere mihi videtur, etiam huius sententiae priorem partem additam esse.

οἱ ποιηταί φασιν, ἐν μακάρων νήσοις· (μάλιστα γὰρ οὗτοι δεήσονται (!) φιλοσοφίας καὶ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης, ὅσῳ μᾶλλον (!) σχολάζουσι ἐν ἀφθονίᾳ τῶν τοιούτων (?) ἀγαθῶν· διότι (!) μὲν οὖν τὴν μέλλουσαν εὐδαιμονήσειν καὶ σπουδαίαν ἔσεσθαι (!) πόλιν) τούτων δεῖ τῶν ἀρετῶν μετέχειν φανερόν.

Hic paulisper subsistamus, primum ut rursus rogemus, an haec iusta sit disputationum series, ut in octavo libro polliceretur philosophus, se de virtutibus, quibus in otio opus sit, postea acturum, quamquam de ea re iam in septimo libro egisset. At, puto, numeratis quarto et quinto pro septimo et octavo omnia iam optime procedent! Sed dixerit quispiam: „at hic egit de virtutibus, quibus toti civitati opus sit, pollicetur autem se acturum de iis, quae civibus singulis opus sunt. Quasi vero aliae esse potuerint omnibus et singulis! Sed ne id quidem discrimen si esse potuit, factum esse in hoc Arist. opere potuit. Aperte enim 1337 b. 37 dicitur ταὐτὰ γὰρ ἄριστα καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τὸν νομοθέτην ἐμποιεῖν δεῖ (ταῦτα) ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων. Praeterea quorsum hoc discrimen spectat? Nimirum ut defendatur librorum integritas. At si iis credimus, tum maxime nobis fatendum, hic non de tota civitate disputari, sed de singulis civibus. Licet enim sit furiosissimum, nos, iam antequam quaesitum sit: „πῶς χρὴ παιδεύεσθαι," in media versari disputatione de ea re inchoata, tamen id iis est concedendum quam maxime, qui talia ad oculorum normam digerant. Nam 1332 b. 10: „τὴν μὲν τοίνυν φύσιν, legimus οἵους εἶναι δεῖ τοὺς μέλλοντας εὐχειρώτους ἔσεσθαι τῷ νομοθέτῃ διωρίσμεθα πρότερον· τὸ δὲ λοιπὸν ἔργον ἤδη παιδείας. Deinde sequitur is locus de quo uberius egimus, quo, si dis placet, de diversa puerorum institutione agitur, prout eorum conditio aetate adulta erit;

deinde post (mutilatam perturbatamque) disputationem de finibus in vita petendis 1333 b. 3. legimus ὥστε πρὸς τούτους τοὺς σκοποὺς καὶ παῖδας ἔτι ὄντας παιδευτέον .... οἱ δὲ νῦν ἄριστα δοκοῦντες πολιτεύεσθαι τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν νομοθετῶν οἱ ταύτας καταστήσαντες τὰς πολιτείας οὔτε πρὸς τὸ βέλτιον τέλος φαίνονται συντάξαντες τὰ περὶ τὰς πολιτείας οὔτε πρὸς πάσας τὰς ἀρετὰς τοὺς νόμους καὶ τὴν παιδείαν, ἀλλὰ φορτικῶς ἀπέκλιναν πρὸς τὰς χρησίμους εἶναι δοκούσας καὶ πλεονεκτικωτέρας [1]) totumque caput concluditur verbis „αἴτιος δ' ὁ νομοθέτης οὐ παιδεύσας δύνασθαι σχολάζειν. Deinde iam illae sequuntur disputationis partes in quibus agitur de virtutibus otii et negotii, quae excipiuntur quaestione: „πότερον παιδευτέοι τῷ λόγῳ πρότερον ἢ τοῖς ἔθεσιν." Num igitur ulla dubitatio esse videtur, quo eae ipsae sint referendae? At tamen ipsum Aristotelem dixeris declarasse, qua de re hic agat: ut efficiat, opinor, optimam rempublicam participem esse oportere quarumdam virtutum. At si paulo diligentius consideraveris non vereor, ut mihi des, hanc sententiam, vel saltem priorem eius partem, totamque superiorem adulterinas esse. Nam ut de levioribus primum dicam post μάλιστα graece dici non potest ὅσῳ μᾶλλον, neque verbum δεήσονται hic convenit, neque τοιούτων (ἀγαθῶν) habet, quod respiciat, et διότι pro ὅτι male adhibitum videmus, et εὐδαιμονήσειν καὶ σπουδαίαν ἔσεσθαι molesta tautologia est, quia εὐδαιμονεῖν ab Arist. dici non potuisse, nisi de ea civitate, quae σπουδαία sit, ex primo huius libri [IV (VII)] capite patet. Tum autem ridicule admodum dicitur τὴν μέλλουσαν εὐδαιμονήσειν καὶ σπουδαίαν

---

[1]) Cum ultimis iis verbis cf. 1337 b. 21 αἱ μὲν οὖν προβεβλημέναι νῦν μαθήσεις, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ἐπαμφοτερίζουσιν, et quae ad ea strictim p. 13 monui.

ἔσεσθαι (τὴν ἀρίστην πολιτείαν) oportere participem esse harum virtutum; immo sine iustitia et continentia nulla civitas, nedum optima, ullo modo constare potest. Porro quod iis verbis veri docetur id iam enucleate dictum est; „πολλῆς οὖν δεῖ δικαιοσύνης καὶ πολλῆς σωφροσύνης κ. τ. λ.. Denique habemus Ciceronis testimonium, primum, quo totus hic locus pertineat, deinde lacuna esse pessumdata ea οἷον εἴ τινες εἰσιν, ὥσπερ οἱ ποιηταὶ φασιν κ. τ. λ.. Testimonium, quod dico, (ex Bernaysii cl. viri opere („die Dialoge des Arist." p. 121) in meam rem verto) nobis servatum est apud August. de Trinit. 14. 19. (vol. 8. p. 956. Ben.): „de omnibus ..... quatuor (virtutibus) magnus auctor eloquentiae Tullius in Hortensio dialogo disputans: „Si nobis," inquit, „cum ex hac vita migrassemus in beatorum insulis, immortale aevum, ut fabulae ferunt, degere liceret, quid opus esset eloquentia, aut ipsis etiam virtutibus. Nec enim fortitudine egeremus, nullo proposito labore aut periculo, nec iustitia, cum esset nihil quod appeteretur alieni, nec temperantia, quae regeret eas, quae nullae essent, libidines; ne prudentia quidem egeremus, nullo dilectu proposito bonorum et malorum. Una igitur essemus beati cognitione naturae et scientia, qua sola etiam deorum est vita laudanda [1]). Ex quo intelligi potest cetera necessitatis esse, unum hoc voluntatis."" Et haec ultima, collata cum iis „ἔστι δὲ παιδεία τις ἣν οὐχ ὡς χρήσιμον κ. τ. λ.." et ea, „in beatorum insulis, .... ut fabulae ferunt" satis ni fallor, indicant, quis Ciceroni sic philosophiam praedicanti auctor fuerit, etiamsi ipse non esset professus, ut idem Augustinus testis

---

[1]) De ea sententia in sequentibus agemus.

exstat, se a Graecis haec repetiisse [1]). Deinde vero magis etiam patet, post ἐν μακάρων νήσοις lacunae signum esse ponendum. Denique docemur quales ἀπορίαι exciderint, tales scilicet quibus de virtutibus disputaretur, quoad pertinerent ad τοὺς πάντων τῶν μακαριζομένων ἀπολαύοντας.

Atque quia cum tota hac quaestione arctissime cohaereat definitio, quid sit εὐδαιμονία, quis admonitus non videt, si quidem Arist. de ea disseruerit, id hoc loco fecisse, quam maxime verisimile esse? Et disseruit sane; sed ubi nunc ea quaestio proponitur? Ante ea, p. 1232. a. 3—7: „ἐπεὶ δὲ τὸ προκείμενόν ἐστι τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἰδεῖν, αὕτη δ' ἐστὶ καθ' ἣν ἄριστ' ἂν πολιτεύοιτο πόλις, ἄριστα δ' ἂν πολιτεύοιτο καθ' ἣν εὐδαιμονεῖν μάλιστα ἐνδέχεται τὴν πόλιν, δῆλον ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν δεῖ, τί ἐστι, μὴ λανθάνειν." At etiamsi ibi iam integerrime consideraretur, tamen facile appareret, eam sedem suam mutasse. Nam medium obtinet locum capitis tertii, quod 1331 b. 24 incipit verbis: „περὶ δὲ τῆς πολιτείας αὐτῆς, ἐκ τίνων καὶ ἐκ ποίων δεῖ συνεστάναι τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι πόλιν μακαρίαν καὶ πολιτεύεσθαι καλῶς, λεκτέον. Inchoatur deinde disputatio, qua efficiatur, summum hominum bonum constare duabus rebus, primum si finis sit laudandus, deinde si inventa optima sit ratio finis petendi. In extremo autem capite dicitur 1332 b. 8: „τὴν

---

[1]) Bernays cl. vir. ea omnia non quaesivit in libris de Republ. sed in deperdito dialogo, qui Protreptikos inscribebatur, quia et Hortensius et Protrept. de eodem fuissent argumento conscripti, et Lactant. ex Hortensio eandem argutam conclusionem laudaret, quam Scholiastae ex Protrept. laudant: εἰ μὲν φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον, καὶ εἰ μὴ φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον, πάντως δὴ φιλοσοφητέον. Alia argumenta ad efficiendum, ista de beatorum insulis quoque esse ex Protrept. repetita, si cl. ille vir habuit, non attulit. Nos igitur, praesertim cum iam lacunam quodammodo post illa οἷον κ. τ. λ. deprehenderimus, speramus ipsum cl. virum nobis assentientem habiturum, ea hinc esse petita.

μὲν τοίνυν φύσιν οἵους εἶναι δεῖ τοὺς μέλλοντας κ. τ. λ.. τὸ δὲ λοιπὸν ἔργον εἶναι παιδείας, quibus transitus fit ad illa de quibus supra egimus (p. 31 et passim). Sed praeterquam quod sic discerni oculis iam potest alieno loco eam esse disquisitionem insertam, ex eius ipsius primis verbis sequitur, non integram esse. Post „λανθάνειν" enim legitur: φαμὲν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς, εἴ τι τῶν λόγων ἐκείνων ὄφελος, ἐνεργείαν εἶναι κ. τ. λ.. Quid illud sibi καὶ vult, nisi in praecedentibus dictum fuit alibi a philosopho eandem fere definitionem esse datam? Quid vero? An si non praemissa esset aliorum librorum mentio, Arist. verbis esset usus: εἴ τι τῶν λόγων .... ὄφελος? Nimirum persuadent sibi viri docti et acuti, Aristotelem modestiam professum esse vel potius simulasse, quasi vero id vitium in veteres illos cadere potuisset, quos nostri homines nonnumquam vituperant interdum etiam commiserentur, quod modestiae virtutem non noverint, neque inter virtutes fere numeraverint! Tum autem, qui illa δῆλον ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν δεῖ, τί ἐστι, μὴ λανθάνειν legerit, nonne putet necesse est, hunc primum esse locum, quo in hoc Politicorum opere de ea quaestione agatur? At in primo huius libri capite p. 1323 a. 19 duplex quaestio legitur: „δεῖ πρῶτον ὁμολογεῖσθαι τίς ὁ πᾶσιν ὡς εἰπεῖν αἱρετώτατος βίος, μετὰ δὲ τοῦτο πότερον κοινῇ καὶ χωρὶς ὁ αὐτὸς ἢ ἕτερος. νομίσαντες οὖν ἱκανῶς πολλὰ λέγεσθαι καὶ τῶν ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις περὶ τῆς ἀρίστης ζωῆς, καὶ νῦν χρηστέον αὐτοῖς. Totum illum locum satis esse integrum unicuique patebit, qui eum perlegerit, nisi quod statim post verba laudata pro ὡς ἀληθῶς γὰρ πρός γε μίαν διαίρεσιν οὐδεὶς ἀμφισβητήσειεν ἂν ὡς οὐ, τριῶν οὐσῶν μερίδων, τῶν τ' ἐκτὸς καὶ τῶν ἐν τῷ σώματι καὶ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ, πάντα ταῦτα ὑπάρχειν τοῖς μακαρίοις δεῖ legendum est ὡς ἀλ.. γὰρ πρὸς τὴν πρώτην κ. τ. λ. Quod idcirco ur-

geo, quia Bernaysius, cum cl. ille vir inter argumenta, quibus totum hunc locum repetitum esse demonstravit ex Dialogo, qui Corinthius vocabatur, etiam hoc, ni fallor, scribae cuiusdam mendum poneret, causam suam satis firmam, infirmiorem quodam modo fecisse mihi quidem videtur [1]). Sic enim ille: „Arist." inquit, „bittet gleichsam darum, dass man ihm doch wenigsten Eine Eintheilung hingehen lasse. Es ist als wenn er den allgemeinen Vorwurf unnöthiger Begriffsspalterei erfahren hätte, und fürchte, man werde denselben auch auf seine Eintheilung der Güter ausdehnen" ..... „die graciöse Demuth mit der er hier um Erlaubniss ersucht, doch wenigstens 'Eine Eintheilung' anbringen zu dürfen, erklärt sich daraus, dass er zugleich mit dem Inhalt des Dialogs, aus dem er schöpft, auch den populären Ton dieser Schriftengattung annimt." Sed ipsum cl. virum assentientem mihi habiturum spero hoc ipsis verbis *ὡς ἀληθῶς γὰρ πρός γε μίαν διαίρεσιν οὐδεὶς ἀμφισβητήσειεν ἄν,* [2]) *ὡς οὐ ..... πάντα ταῦτα ὑπάρχειν δεῖ* non dictum esse. Ut vero nostra probetur coniectura pauca haec addam: Duas proposuit quaestiones; quarum ad priorem negat quemquam ex animi sui

---

[1]) In opere laudato: „Die dialoge etc." p. 74. sqq. Ceterum hanc nactus occasionem coniecturam de alia quoque corruptione eiusdem loci, quamquam Bernays. tollere conatus est. lectorum iudicio subiiciam; „*τὰ μὲν γαρ ἐκτός,*" sic eiusdem pag. 1323 b. 7 legitur, *ἔχει πέρας ὥσπερ ὄργανόν τι· πᾶν δὲ τὸ χρήσιμόν ἐστιν, ὧν τὴν ὑπερβολὴν η βλάπτειν ἀναγκαῖον ἢ μηθὲν ὄφελος εἶναι (αὐτῶν) τοῖς ἔχουσιν.* Atque primum *αὐτῶν* suspicor glossema esse. Sed quid faciamus illis corruptis *πᾶν δὲ κ. τ. λ.* Bern. iubet pro *πᾶν* legi *πέρας* et pro *ὧν* rescribit *ὥστε.* Sed hac medicina sententiae satis fecit non libris. Mihi legendum videtur: *ὥσπερ ὄργανον πᾶν δή, το χρήσιμον. [χρήσιμα δ'] ἐστίν, ὧν τὴν ὑπερβ.*

[2]) Rectius fortasse transposito *ἂν* legeris *οὐδεὶς ἂν ἀμφισβ.*

sententia defensurum esse ad vitam singulorum hominum beatam efficiendam non opus esse triplici rerum genere: nam desiderantur et extraneae et quae in corporibus, et quae in animis positae sunt. Cui sententiae respondent illa (a. 34) ἀλλὰ ταῦτα μὲν λεγόμενα ὥσπερ [ἄρτι εἴρηται, vel simile quid, nescio quo casu exciderit] πάντες ἂν συγχωρήσειεν, διαφέρονται δ' ἐν τῷ πόσῳ: et quasi ex altera parte illa (b. 29.) „ἐχόμενον δ' ἐστὶ καὶ τῶν αὐτῶν λόγων δεόμενον, καὶ πόλιν εὐδαίμονα τὴν ἀρίστην εἶναι καὶ πράττουσαν καλῶς.

Sed ut dixi hoc argumento quamquam malui Bern. non esse usum, tamen ambabus manibus summam totius disputationis amplector, locum hunc ex dialogo quodam esse repetitum. Sic demum intelligentur illa εἴ τι τῶν λόγων ἐκείνων ὄφελος si post haec primi capitis legebatur „ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως [1]). „Φαμὲν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς, εἴ τι τῶν λόγων ἐκείνων ὄφελος. κ. τ. λ. „Post haec," inquam, „primi capitis;" nam ut haec et illa coniuncta olim fuisse probem non multis opus est verbis; satis fore arbitror haecce ex hoc capite descripta: (1323 b. 21) ὅτι μὲν οὖν ἑκάστῳ τῆς εὐδαιμονίας ἐπιβάλλει τοσοῦτον ὅσον περ ἀρετῆς καὶ φρονήσεως, καὶ τοῦ πράττειν κατὰ ταύτας, ἔστω συνωμολογημένον ἡμῖν, μάρτυρι τῷ θεῷ χρωμένοις, ὃς εὐδαίμων μέν ἐστι καὶ μακάριος, δι' οὐθὲν δὲ τῶν ἐξωτερικῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ δι' αὐτὸν αὐτὸς καὶ τῷ ποιός τις εἶναι τὴν φύσιν, (viden unde Cicero sua desumpserit?) ἐπεὶ καὶ τὴν εὐτυχίαν τῆς εὐδαιμονίας διὰ ταῦτ' ἀναγκαῖον ἑτέραν εἶναι· τῶν μὲν γὰρ ἐκτὸς ἀγαθῶν (τῆς ψυχῆς ineptum embl. ad

---

[1]) Haec verba leguntur 1. 5. 1254 a. 33. Num revera ex hoc loco eo sint delata nunc quidem non curo. Certe talia hic quoque fieri potuit, ut Aristoteles dixisset.

ἐκτὸς) αἴτιον ταὐτόματον καὶ ἡ τύχη, δίκαιος δ' οὐδεὶς οὐδὲ σωφρὼν ὑπὸ (ἀπὸ in libris) [τῆς] τύχης οὐδὲ διὰ τὴν τύχην ἐστίν.

Hisce igitur ἐξωτερικωτέροις disputatis opposuit Aristoteles repetita ex Ethicis definitio εὐδαιμονίας singulorum hominum, ut iam quasi a priori statuere possimus, etiam illis, quae ex eodem Dialogo proferuntur sententiae ad alteram quaestionem solvendam, („πότερον κοινῇ καὶ χωρὶς ὁ αὐτὸς (αἱρετώτατος βίος) ἢ ἕτερος") in nostro libro iteratam σκέψιν oppositam fuisse. Et ecce caput secundum eam continet: sed, cum pro horum librorum conditione, non post illa ex Etheeis, sed continuo post Dialogi verba eadem quaestio proponeretur, quam in iis iam credidimus solutam esse, factum est, ut absurdissime et molestissime repetita esse videretur. Itaque ipse Spengelius (in fine eiusdem disputationis, qua, totis libris simpliciter permutatis, omnia iam optime procedere conatus est probare,) hoc ita miratur [1]): „Da an der Aechtheid nicht zu zweifeln ist, beide aber Arist. nicht zu gleicher zeit gegeben haben kann, so läge die Vermuthung nahe, dass die Ausführliche Darstellung ihr Entstehen der aufgefundenen Originalhandschrift verdanke." Alludit his verbis ad tritam illam Strabonis de Aristotelis bibliotheca narrationem, de qua ipse in superioribus dixit: „Ob der trostlose Zustand der Politik wirklich davon ausgeht wage ich nicht zu bestimmen." Nos tamen pro nostra sententia coacti erimus, ut etiam huius narrationis veritatem ponderare audeamus. Et certe ut ego qui neque Aristotelis cognitione neque universa doctrina cum cl. illo viro sum comparandus, plus Spengelio vide-

[1]) Susemihl verba quae de vita optima civitatium in primo cap. sunt, et transponi iubet in secundum et signo declarat, ea esse alterius, quam dicit v. cl. recensionis.

rim, si modo viderim, non tantum inde est factum, quod ego et eius et aliorum virorum doctorum dissertationibus uti potuissem, sed inde fortasse in primis, quod plus auderem. Nam cum ipse Spengelius agnosceret deplorabilem esse horum librorum conditionem, eaque eum adeo moveret, ut, exempli gratia (Arist. Stud. III [1]) p. 78) vel nonnulla probet sedem suam mutasse in libro III (p. 1287 et 1286) tamen ad eam ipsam dissertationem (latine conscriptam) haec (germanice) adiecit: „Man had nach der bekannten Ueberlieferung, dass die Schriften des Arist. vermodert in einem Keller aufgefunden worden, schon lange gerade unsere Politik durch Annahme auf diese Art entstandene Lücken dem Verständnisse näher zu bringen gesucht. Die neueste Zeit hat nun auch den Antipoden dieser Kritik glüklich herausgefunden, den Interpolator. . . . Manchen mag es günstig stimmen und zum Beifall verlocken, wenn er sieht, wie hierin verschiedene Gelehrten unabhängig von ein ander zu demselben Resultate gelangen. . . . Ohne die Verdienste solcher Gelehrten auf diesem Gebiete irgend wie zu verkennen, kann ich doch nicht um hin zu gestehen, dass ich mit einer derartigen Hyperkritik mich nicht zu befreunden vermag, etc."

Hic igitur loquitur vir cl. quasi neque tam misera esset Politicorum conditio, neque Strabonis narratio ulla fide digna. Nos autem, ut etiam videamus, quomodo ille consarcinator versatus sit in libris consarcinandis, pauca insuper argumenta ad nostram probandam sententiam, adiiciemus et primum dicamus de loco, quem damnat et Susemihl in dissertatione, quae inscribitur: „das vierte richtiger

---

[1]) Abhandl. der phil. philol. Cl. der Kön. Brayer. Akad. der Wiss. B. XI II Abth. p. 53—116.

sechste B. der Arist. Polit." Rh. Museum (1866 p. 558 sqq) et R. congreve (in eius editione), Spengelius autem tuetur dicendo *ὑπερκριτικῶς* utrumque virum indicasse. Est libri VI (IV) cap. 4 hisce verbis incipiens: *ὅτι μὲν οὖν πολιτεῖαι πλείους καὶ δι' ἣν αἰτίαν εἴρηται. διότι δὲ πλείους τῶν εἰρημένων καὶ τίνες καὶ διὰ τί λέγωμεν.* Ad ea R. Congreve adnotat: „I should, I confess wish to throw out the whole of what follows to the end of § 19, or rather to *πρότερον* § 20 (i. e. Bekk 1290 b. 22—1291 b. 15) as a mere repetition, rendered entirely unnecessary by Arist.'s appealing, in Ch. III. § 4. (i. e.: B. 1220 a. 1) Κἂν (?) [1]) *εἴ τι δὴ τοιοῦτον ἕτερον εἴρηται πόλεως εἶναι μέρος ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀριστοκρατίαν· ἐκεῖ γὰρ διειλόμεθα ἐκ πόσων μερῶν ἀναγκαίων ἐστὶ πᾶσα πόλις.*) to his enumeration of the various parts of a state. .... It seems difficult to imagine that Arist. would, so soon after declining the enumeration on the specific ground that it had been made, enter into it, and in such detail." Et cum haec fere eadem etiam Susemihl scripsit, tum addit plura et graviora, quae omnia a me describi non est necesse, delibaturo ea quibus utamur. Quorum prima sunt: „Der folgende Abschnitt soll auf Grund van Cap. 3 erörtern, warum es auch noch mehr Verfassungen als die genannten d. h. als Oligarchie und Democr. giebt. Es klingt sehr tiefsinnig, wenn dies demgemäss so entschieden wird: jeder nothwendige Theil des Staats hat verschiedene Arten und die Combination von immer je einer Art des einen mit der von je einer jedes andern Theils ergiebt die verschiedenen Staatsverfassungen." Hoc scilicet sibi legit vir cl. vel potuis eruit ex 1290 b. 23—39. Et certe

---

[1]) Vereor ne huius *κάι* pro *καὶ* eadem sit ratio, quae mihi videtur esse verbi *διότι* pro *ὅτι*, sed de ea re alii videant.

si post illud prooemium quod descripsi et coniuncta cum sequentibus leguntur, unica ea est interpretatio, quae excogitari potest, quamquam tum dicendum est, rem ipsam esse traditam imagine tantum, neque expressa ea quidem sed adumbrata. Itaque iis, qui libris credunt, Susemihl nimis concedit; cum revera etiam magis furiose disputatio ibi procedat. Sed audiamus, quae vir ille cl. addit: „Allein versucht man nach diesem Recept zu verfahren, so ist leicht einzuchen, dass einerseits die zahl der möglichen Combinationen die der von Arist. im Folgenden aufgezählten weit übersteigen würde, und dass er andererseits dieselben auf ganz andrem Wege gewinnt; wie sich denn in der That dadurch auch gar keine wirklichen Verfassungen gewinnen lassen, dass man eine besondere Art von Bauern mit einer besonderen Art von Kriegern, Handwerkern Kaufleuten u. s. w. verbindet ... Der Verfasser selber macht denn auch keinen Versuch, seine Vorschrift wirklich auszuführen. Er nimmt vielmehr zwar einen gewaltigen Anlauf dazu, in der er in grösster Breite die sämmtlichen Theile eines States aufzählt, dann aber begnügt er sich mit der Erklärung, woher es komme, dass Manche fälschlich, wie im 3 cap. bemerkt wurde, nur Oligarchie u. Democratie als die eigentlichen Verfassungen anerkennen. ........

„Wenden wir uns nun endlich dem übrigen Theile des 4 cap. zu, so schwindet der letzte zweifel, das alles Vorangehende vom Anfang des 3. an, ein Zusatz van fremder Hand war. Denn nehmen wir dies nicht an, so wird ietz ganz gegen die Weise des Arist. und jedes vernünftigen Menschen nicht die letzte Erörterung, sondern die in Cap. 3 bis 4, 1290 b. 20 voraufgegangene als Ueberleitung zum Folgenden resumirt. ...... Alles was dazwischen liegt

also, als käme es gar nicht in Betracht, übersprungen. Die Zunächst vorangehende eben besprochene Erörterung beginnt mit „Ὅτι μὲν οὖν πολιτεῖαι πλείους, καὶ δι' ἣν αἰτίαν εἴρηται. διότι δὲ die nun folgende mit Ausnahme des hinzugesetzten πρότερον gang eben so.” Nisi quod (et id cl. ille vir non vidit) illud διότι fraudem arguit; et vox πολιτεῖαι in priore loco vertenda est „civitates”, in altera autem, ut ex civitatibus oppositis (Dem. et Olich.) patet, unum singulare civitatium genus est, quod ita ab Arist. nominatur. Quod autem in ultimis Susemihl dixit. post illa altera ὅτι μὲν οὖν κ. τ. λ. recursum esse, ad illa, quae cap. 3 usque ad 4. 1290 b. 20 sint disputata, minus acriter, ni fallor, attendit, quae sit vis vocis πολιτεῖαι hoc loco, qualis apparet ex ὅτι δ' ἐστὶ καὶ δημοκρατίας εἴδη πλείω καὶ ὀλιγαρχίας λέγωμεν: de Politiis autem l. ind. non disputatur.

Iam autem, ne nimis sim in refutando alios, describam hic ea, quae sequuntur post illud prooemium, lectores meos id unum rogitans, ut hoc ipsum non curent, eaque ita legant, quasi apud lexicographum essent laudata (sine certo indicio) ex Arist. Politicis. „ἀρχὴν λαβόντες τὴν εἰρημένην πρότερον· ὁμολογοῦμεν γὰρ οὐχ ἓν μέρος ἀλλὰ πλείω πᾶσαν ἔχειν πόλιν· ὥσπερ οὖν εἰ ζῴου προῃρούμεθα λαβεῖν εἴδη, πρῶτον ἂν ἀποδιωρίζομεν ὅπερ ἀναγκαῖον πᾶν ἔχειν ζῷον, οἷον ἔνιά τε τῶν αἰσθητηρίων καὶ τὸ τῆς τροφῆς ἐργαστικὸν καὶ δεκτικόν, (οἷον στόμα καὶ κοιλίαν,) πρὸς δὲ τούτοις, οἷς κινεῖται μορίοις ἕκαστον αὐτῶν· εἰ δὴ τοσαῦτα εἴδη μόνον, τούτων δ' εἶεν διαφοραί, λέγω δ' οἷον στόματός τινα πλείω γένη καὶ κοιλίας καὶ τῶν αἰσθητηρίων, ἔτι δὲ καὶ τῶν κινητικῶν μορίων, ὁ τῆς συζεύξεως τῆς τούτων ἀριθμὸς ἐξ ἀνάγκης ποιήσει πλείω γένη ζῴων· οὐ γὰρ οἷόν τε ταὐτὸν ζῷον ἔχειν πλείους στόματος διαφοράς· ὁμοίως δ' οὐδὲ ὤτων ** ὥσθ' ὅταν ληφθῶσι

τούτων πάντες οἱ ἐνδεχόμενοι συνδυασμοὶ ποιήσουσιν εἴδη ζῴου.

Qui haec ita legit statim videt, ea εἴδη ζῴου distingui a generibus dissimilium animalium. Et si ea definiuntur partibus necessariis (πρῶτον ἂν ἀποδιορίζομεν ὅπερ ἀναγκαῖον πᾶν ἔχειν ζῷον) necesse esse εἴδη ζῴου definita fuisse partibus n o n n e c e s s a r i i s; ut ante ὥσθ' lacunam esse pateat, verbaque, quae in nostris libris adduntur post εἴδη ζῴου haecce: „καὶ τοσαῦτ' εἴδη τοῦ ζῴου ὅσαπερ αἱ συζεύξεις τῶν ἀναγκαίων μορίων εἰσίν," aut reponenda esse ante ὥσθ' aut emendanda, (addita negatione ante ἀναγκαίων) aut plane abiicienda, quod mihi magis placet, quia addita particula (εἴδη) τοῦ (ζῴου) alienae manus suspicionem movet. Simul patet si eam distinctionem fecit Arist. non potuit ita facere, ut inde nancisceretur p a r t i t i o n e m c i v i t a t i u m, sed distinctionem p a r t i u m, q u a e εἴδει διαφέρουσιν i n s i n g u l i s c i v i t a t i b u s. Statim igitur fragmento ipsi lux affulget. Pertinet nimirum ad eam argumentationem, quam desideravimus p. 19 sqq. Iam autem ubi a re comparata ad rem ipsam se conferret, necesse ei fuit enumerare partes cuiusque civitatis primum necessarias, deinde considerare, utrum quaedam res ad civitatem constituendam essent eae quidem tales, ut iis careri non posset, sed tamen non facerent partes reipublicae, quae igitur essent quasi partes non necessariae; denique demonstrare eas esse, quae facerent, ut ipsae partes εἴδει inter sese differrent. Subiiciam nunc lectorum oculis eas detortas disputationum particulas, in quibus ea quasi lineamenta intueri poterint. Cap. III eiusdem libr. VI. (IV.) sic incipit: (Τοῦ μὲν οὖν εἶναι πλείους πολιτείας αἴτιον ὅτι πάσης ἐστὶ μέρη πλείω πόλεως (!) τὸν ἀριθμόν.) Abiecto hoc prooemio, quo vides, ut operarius iste fuerit consarcinator, pergamus:

πρῶτον μὲν γὰρ ἐξ οἰκιῶν συγκειμένας πάσας ὁρῶμεν τὰς πόλεις ** ἔπειτα πάλιν τούτου τοῦ πλήθους τοὺς μὲν εὐπόρους ἀναγκαῖον εἶναι τοὺς δ' ἀπόρους τοὺς δὲ μέσους. (καὶ τῶν εὐπόρων δὲ καὶ τῶν ἀπόρων τὸ μὲν ὁπλιτικὸν τὸ δ' ἄνοπλον verba plane pessumdata esse, nemo admonitus non videt) καὶ τὸν μὲν γεωργικὸν (δῆμον) ὁρῶμέν ὄντα, τὸν δ' ἀγοραῖον τὸν δὲ βάναυσον. (καὶ τῶν γνωρίμων εἰσὶ διαφοραὶ καὶ κατὰ τὸν πλοῦτον καὶ τὰ μεγέθη τῆς οὐσίας οἷον ἱπποτροφίας· τοῦτο γὰρ οὐ ῥᾴδιον μὴ πλουτοῦντας ποιεῖν (!) διόπερ ἐπὶ τῶν ἀρχαίων χρόνων ὅσαις πόλεσιν ἐν τοῖς ἵπποις (!) ἡ δύναμις ἦν, ὀλιγαρχίαι παρὰ τούτοις (!) ἦσαν (!) ἐχρῶντο δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους ἵπποις πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας (!) οἷον Ἐρετριεῖς καὶ Χαλκιδεῖς καὶ Μαγνῆτες οἱ ἐπὶ Μαιάνδρῳ καὶ τῶν ἄλλων πολλοὶ περὶ τὴν Ἀσίαν. Hisce quondam illustrandis ut Aristotelicis viri docti delectabantur!) ἔτι πρὸς ταῖς κατὰ πλοῦτον διαφοραῖς ἐστὶν ἡ μὲν κατὰ γένος ἡ δὲ κατ' ἀρετήν, κἂν (?) εἴ τι δὴ τοιοῦτον ἕτερον εἴρηται πόλεως εἶναι μέρος ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀριστοκρατίαν· ἐκεῖ γὰρ διειλόμεθα ἐκ πόσων μερῶν ἀναγκαίων ἐστὶ πᾶσα πόλις. Caetera quae ibi sequuntur nihil ad nos; sunt partim additamenta librarii, partim aliunde repetitae Aristotelis sententiae. Addam quae huc mihi referenda esse videntur: (Libri IV (7) c. 8, 1328 a. 9 sqq.) ** „οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν ἀκρίβειαν δεῖ ζητεῖν διά τε τῶν λόγων καὶ τῶν γιγνομένων διὰ τῆς αἰσθήσεως. Ἐπεὶ δ' ὥσπερ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ φύσιν συνεστώτων οὐ ταὐτὰ ἐστι μόρια τῆς ὅλης συστάσεως, ὧν ἄνευ τὸ ὅλον οὐκ ἂν εἴη, δῆλον ὡς οὐδὲ πόλεως μέρη θετέον ὅσα ταῖς πόλεσιν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν ** οὐδ' ἄλλης κοινωνίας οὐδεμιᾶς ἐξ ἧς ἕν τι τὸ γένος. (Ex sequentibus patet ante οὐδ' lacunam esse; quae si non esset, ea verba delenda esse censerem, ne circulus seu orbis esset in demonstrando. [1]) ἓν γάρ τι καὶ κοινὸν εἶναι δεῖ καὶ

[1]) Quamquam Aristotelem saepius sic philosophatum esse aeque constare

ταὐτὸ τοῖς κοινωνοῖς ἄν τ᾽ ἴσον ἄν τ᾽ ἄνισον μεταλαμβάνωσιν, οἷον εἴτε τροφή τοῦτό ἐστιν, εἴτε χώρας πλῆθος, εἴτ᾽ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἐστίν· ὅταν δ᾽ ᾖ τὸ μὲν τούτου ἕνεκεν, τὸ δ᾽ οὗ ἕνεκεν, οὐθέν (ἕν) γε τούτοις κοινὸν ἀλλ᾽ ἢ τῷ μὲν ποιῆσαι τῷ δὲ λαβεῖν (legendum: ἀλλ᾽ ἢ τῷ μὲν ποιῆσαι τῷ δὲ [παθεῖν, ἢ τῷ μὲν δοῦναι τῷ δὲ] λαβεῖν.) λέγω δ᾽ οἷον ὀργάνῳ τε παντὶ πρὸς τὸ γιγνόμενον ἔργον καὶ τοῖς δημιουργοῖς· οἰκίᾳ γὰρ πρὸς οἰκοδόμον οὐθέν ἐστιν ὃ γίνεται κοινόν, ἀλλ᾽ ** ἔστι τῆς οἰκίας χάριν ἡ τῶν οἰκοδόμων τέχνη. (Lacuna inter ἀλλ᾽ et ἔστι tantum non oculis percipitur, explenda est sic fere ἀλλ᾽ [ἔστιν ἡ οἰκία τοῦ οἰκονόμου χάριν· οὐδὲ τῇ τῶν οἰκοδόμων τέχνῃ πρὸς οἰκίαν, ἀλλ᾽] ἔστι κ. τ. λ.) ** διὸ κτήσεως μὲν δεῖ ταῖς πόλεσιν· οὐδὲν δ᾽ ἐστὶν ἡ κτῆσις μέρος τῆς πόλεως. (πολλὰ δ᾽ ἔμψυχα μέρη τῆς κτήσεώς ἐστιν·) ἡ δὲ πόλις κοινωνία τίς ἐστιν τῶν ὁμοίων? (cf. οὐ γὰρ γίνεται πόλις ἐξ ὁμοίων in eodem loco quo haec omnia esse referenda arbitror) ἕνεκεν δὲ ζωῆς τῆς ἐνδεχομένης ἀρίστης. Iam si haec sententia, vocabulo ὁμοίων emendato ad ὁμοιομερῶν, reposita sit ante διὸ, ibi habemus eam conclusionem integram, cui nunc „curti nescio quid deest." Quid autem illa πολλὰ .... ἐστιν sibi velint nondum liquet. Sed primum pergamus legere: ἐπεὶ δ᾽ ἐστιν εὐδαιμονία τὸ ἄριστον, (!) αὕτη δ᾽ ἀρετῆς ἐνέργεια καὶ χρῆσίς τις τέλειος, συμβέβηκε δ᾽ οὕτως ὥστε τοὺς μὲν ἐνδέχεσθαι μετέχειν αὐτῆς, τοὺς δὲ μικρὸν ἢ μηδὲν δῆλον .... Quid pateat, aliquis, libris non inspectis, mihi coniiceat;

---

iam credo apud nonnullos doctos, ac eum graeci sermonis ignarum fuisse Neque adhuc quemquam vidi mirantem de initio horum librorum quo sic procedat oratio:

1) πόλις = κοινωνία τις,

2) κοινωνία : ἀγαθοῦ τινος ἕνεκεν.

3) δῆλον: πᾶσαι κοιν. ἀγαθοῦ τινος ἕνεκεν καὶ ἡ κυριωτάτη πόλις μάλιστα

interim de praemissis videamus. Nam nobis quidem constare, ea hic non convenire, non opus est dicere; sed qui libros integros esse putent, mihi dicant velim, qui fieri potuerit, ut hic ab Aristotele iam ea definitio ederetur, quam cap. XIII demum huius libri ex Ethicis laudat, addita formula εἴ τι τῶν λόγων ἐκείνων ὄφελος! Sed lacunam iis sententiis expletam esse quis non concedet, qui, licet sit quamvis ingeniosus, frustra, quid ex iis sit consequens conquisiverit, audiveritque id esse: „ὡς τοῦτ' αἴτιον τοῦ γίγνεσθαι πόλεως (!) εἴδη καὶ διαφορὰς (καὶ πολιτείας quam ob rem sint addita haec duo vocabula patet) πλείους· ἄλλον γὰρ τρόπον καὶ δι' ἄλλων ἕκαστοι τοῦτο θηρεύοντες τούς τε βίους ἑτέρους ποιοῦνται καὶ ** (τὰς πολιτείας.) Sequitur deinde ea pulchra ἔργων enumeratio, (cf. p. 42), quae si pro ἔργων legitur ὀργάνων, deinde autem delentur ea „πέμπτον δὲ καὶ πρῶτον potuit pertinere ad prooemium huius ipsius disquisitionis. Sed hoc etiam nobis ambiguum est, unde ea πολλὰ δ' ἔμψυχα μέρη orta sint: tum autem filum disputationis nobis est quasi ruptum post „οὐδὲν δ' ἐστὶν ἡ κτῆσις μέρος τῆς πόλεως. Recurrendum igitur nobis erit ad primum librum. Vidimus enim istum consarcinatorem non multum permutasse in ipsis verbis Aristotelis, sed ea ipsa sic digessisse, ut, quantum sibi per suas vires licuisset, coniuncta quae sibi viderentur, primum iuxta poneret, deinde nonnullis (iisque potissimum aliunde repetitis) conglutinaret. Iam igitur suspicari nobis licet, eum eam disputationis partem de possessione sive de opibus ibi collocasse, ubi disputatum de oeconomia esse scimus. Pag. 1256 a. autem non solum de ea re disputatur sed etiam vocabula μέρος et εἶδος occurrunt. Aristoteles enim ibi quaerit, utrum ἡ χρηματιστικὴ ἡ αὐτὴ τῇ οἰκονομικῇ ἐστιν ἢ μέρος τι ἢ ὑπηρετική. Huius quaestionis prior pars statim absolvitur:

„ὅτι μὲν οὖν οὐχ ἡ αὐτὴ ... δῆλον. τῆς μὲν γὰρ τὸ πορίσασθαι τῆς δὲ τὸ χρήσασθαι. Deinde aggreditur philosophus partem alteram πότερον δὲ μέρος αὐτῆς ἐστί τι ἢ ἕτερον εἶδος, ἔχει διαμφισβήτησιν· εἰ γάρ ἐστι τοῦ χρηματιστικοῦ θεωρῆσαι πόθεν χρήματα καὶ κτῆσις, (Hampke ultima verba reddit: „künstlicher und natürlicher Besitz;" Susemihl probat „κτῆσιν" non significare, quod ille Vir cl. sibi persuasit; itaque ipse vertit: „Hab und Gut;" [1]) sed non est, quod equidem Susem. doceam, eam copulationem atque abundantiam apud Germanos, (ut apud Hollandicos,) esse in usu, apud Graecos non fuisse; itaque ab hoc loco, ubi definitionem quaeramus, quam maxime abhorrere;) itaque „εἰ γὰρ ... κτῆσις ἔσται, ἡ δὲ κτῆσις πολλὰ περιείληφε μέρη καὶ ὁ πλοῦτος ** ὥστε πρῶτον ἡ γεωργικὴ πότερον μέρος τι (τῆς χρηματιστικῆς) ἢ ἕτερόν τι γένος. Laborant viri docti de vocabulis τῆς χρηματιστικῆς et Susemihl reponi iubet τῆς οἰκονομικῆς: sed iis redditis consarcinatori, totoque loco iure quodam postliminii restituto inter diversarum civitatis cuiusque partium disputationem, etiam reliqua intelligentur, quae ubi nunc leguntur, ut lenissime dicam, furiosissima sunt, quanquam nullum adhuc vidi, qui moliste ferret, inter disputationem de divisione et definitione artis χρηματιστικῆς et οἰκονομικῆς inchoatam, hoc ἔμβλημα de variis vitis animalium hominumque quod iam sequitur, interiectum esse. De ipsis verbis, quibus continuo pergitur Susemihl: „Das aber," ait, „in den Worten καὶ καθόλου ἡ περὶ τὴν τροφὴν ἐπιμέλεια καὶ κτῆσις das κτῆσις mit Stahr in κτῆσιν zu verwandeln sei, ist, wenn überhaupt die beiden letzten Worte ächt sind, Hämpke zwar zugegeben, allein ist damit

[1]) Susem. Ueber Arist. Pol. I 8—11. Rh. Mus. 1865. p. 506 sqq.

wirklich aller Anstoss entfernt? Da der Besitz und mithin auch die Lehre vom Erwerb desselben verschiedene Theile hat, und zwar zunächst die Nahrung und die Lehre von ihrer Herbeischaffung, so ist zunächst zu untersuchen, ob die letztere einen Theil der Oekonomik bildet, das allein kann der Sinn sein, nicht aber: ob dies von den letztern und überhaupt von der Sorge um Herbeischaffung alles möglichen Besitzes gilt." Recte; quam medicinam vir cl. proposuerit, videat loco indicato (vel in eius editione) si quis eam nosse cupiat. „Es folgt nun," sic post eam pergit, 1256 a. 19—b. 22 „eine lange Auseinandersetzung, dass von der Verschiedenheit derNahrung auch die der Lebensweisen abhängt etc. .... Damit hat denn nun (!) Aristoteles aus dem Bereich der Nahrung auch schon in das des sonstigen natürlichen Besitzes hinübergegriffen, und obwohl er erklärt hat zuerst (πρῶτον 1256 a. 17) untersuchen zu wollen, ob die auf Nahrung bezügliche Erwrbskunde ein Theil der Oekonomik sei (s. o.) ob wohl man also darnach erwartet, (?) er werde nachher auch noch hinsichtlich der auf Wohnung, Kleidung u. dgl. bezüglichen die gleiche Untersuchung führen, so fragt sich doch, ob die letztere Untersuchung nicht schon einschliesslich mit in jener ersteren erhalten ... und die Bezeichnung der „oekonomischen Erwebskunde" (!) blos durch ἡ περὶ τροφὴν c. 9 1258 a. 17 ff. so wie die ganz ähnliche Stelle c. 10 z. 35 ff. macht dies sogar wahrscheinlich!" Certe artem „interpretandi" Aristotelem non sine causa gloriantur nonnulli multo provectam esse, ex quo Conringius vixit. Ego autem memini, quam suaviter talem interpretationem rideat Göthe:

„Im Interpretiren seid nur frisch und munter,
Legt ihr nicht aus, so leget nur unter."

Sed abesto omnis irrisio; equidem grato animo agnosco summorum virorum errores quoque me invisse, ut conditionem horum librorum, si modo feci, plenius dispicerem. Addam pauca, ut hisce tirociniis finem imponam; quae si viris doctioribus probavero, animum mihi dederint, ut in iisdem finibus in posterum etiam militem, vel saltem militare coner. Ad verbum *ἡ γεωργικὴ* in iis *„πρῶτον ἡ γεωργ. πότερον μέρος κ. τ. λ.* cogitandum est *ζωή*, quam vocem in iis, quae inter ea quae 1328 b. 2 interrumpuntur et quae 1256 a. 15 intermittuntur, perierint, occurrisse, suspicor. Nequis autem mihi obiiciat, non certiores hasce coniecturas esse quam illas interpretationes: hoc interest: per illas fieri tamen non posse, quin, si quis graece non doctus, caeterum et eruditus et ingeniosus, cum artificiosam versionem, quam Bernays v. cl. in usum talium hominum edidit, legeret etiam hunc locum legerit, *ὁμηρικῶς* ridens ineptias veteres, et Aristotelem et totam doctrinam nostram contemnat. Per nostras autem coniecturas iis, qui delectantur vestigando opiniones eorum capitalium ingeniorum, quae ante nos floruerunt, novus quasi campus atque fodinae aperiuntur. Ille autem locus de quo in ultimis paginis egimus, ut hoc etiam addam, porrigitur fere usque ad 1256 b. 5. nisi quod vox *ἡδέως* (*ζῶσι*) (ib. v. 3) corrupta est. Alia fila huius disputationis invenies: 1277 a. 5—9 et 1280 a. 30—b. 8. Quae ibi incipiunt: *γίνεται γὰρ κ. τ. λ.* usque ad v. 29. aretissime cohaerere censeo cum iis (vide. p. 17) *ἀλλ'* [*ἐν μιᾶς πόλεως τείχεσι συνηθροισμένοι ὦσιν ἄλλοθεν ἄλλοι.*]

# EPILOGUS.

Restat ut, cum viderimus, libros, qui Arist. de Republica dicuntur, non ita esse ab ipso perscriptas, de narratione illa Strabonis videamus. Sed ante omnia mihi monendum est, constare: veteribus omnino libros octo Arist. πολιτικῶν ignotos fuisse. Diogen. Laert. quidem in librorum illo Arist. catalogo refert: πολιτικῆς ἀκροάσεως, ὡς ἡ Θεοφράστου α′ . . . . . η′: neque solum tacite consentiunt viri docti idem esse quod nos habemus illud opus, sed Susem. etiam concedit Usenero affirmanti: „nullus dubito, quin non solum Diogenes ipse, verum iam Hermippus ἢ Θεοφρ. scripserit, et ὡς ex fortuita dyttogr. syllabarum praecedentium extiterit." Scilicet persuadent sibi et aliis viri docti et critici, Hermippi Callimachei βίους ultimum fuisse fontem indicis librorum Arist. „duplici forma a Diogene V. 22 et anonymo Menagiano, (i. e. aut ipso Hesychio Milesio aut aliquo eius epitomatore) traditi"; (Susem.) inde „certe patere (?) (affirmatur) „libros illos iam in Bibliotheca Alexandrina fuisse, itaque (?) fabellam esse Strabonis narrationem. Quasi vero non iam ipsa illa

duplex forma insigne documentum nobis praeberet, unde effici liceret fieri non posse, quin tali indici ab alio exemplari in aliud descripto, nonnulla adderentur demerenturve! Quasi vero Hermippus non iam ab alio traditum, sibi ignotum, nomen describere potuisset! Quasi vero non unicum fortasse huius operis exemplar ex bibliotheca Alexandrina, si ibi fuit, evanescere potuisset ab Hermippi tempore usque ad tempus Syllanum, quo vixit Apellicon Teius. Quasi vero constaret τὴν πολιτικὴν ἀκρόασιν et τὰ πολιτικὰ idem esse opus! Quis autem in indice Aristotelis operum, si voluit indicare, esse qui hoc vel illud Theophrasto attribuant opus, id ita graece fecisset ut scriberet ἢ Θεοφρ. pro ὡς δ' ἔνιοί φασι Θεοφρ. vel simile quid? Itaque equidem non dubito, sive Hermippus sive Andronicus Rhodius, (ut Bernays. vult) ultimus fuit Diogeni auctor, sive ex compluribus indicibus unum ipse fecit Diogenes, (quod mihi persuasum est) quin ne Diogenes quidem commiserit, ut ἢ Θεοφρ. scriberet; sed videtur mihi ὡς ἢ librorum lectio sana esse; addenda autem esse vocabula [διασκευὴ ἢ]. Tum certe potuit ἡ ἀκρόασις idem esse opus quod nos habemus, et ex quo Dionys. Halic. V. 73 sq. locum attulit, additis verbis ὡς ἐν τοῖς περὶ βασιλείας ἱστορεῖ Θεόφραστος. Unde certe id patet, fuisse inter veteres, qui nostrum Polit. opus, (quam ob rem statim videbimus) Theophr. attribuerint; et, si nostra coniectura probari potest, excidisse διασκευὴ ἤ, etiam id, veteribus notum fuisse nostrum excerptum esse ex opere maioris ambitus. Hoc autem luce clarius patet ex loco Ciceronis, qui (de Finib. 5. 4. 11.) scribere non potuisset Aristotelem pluribus conscripsisse, qui esset optimus rei publicae status, si tantum paucas illas disputationes, vel potius divulsas conglutinatasque disputationum

partes quas de ea re in nostri Politicorum operis libro IV (VII) habemus, statuisset Aristotelicas de ea re esse editas. At certe cum neque ignoraverit Arist. plures libros de ea re conscripsisse, neque sit, cur ei nostrum opus ignotum fuerit, hoc esse excerptum quoddam sibi persuasum fuisse necesse est. Revera autem nihil aliud esse ipsi iam vidimus, et nonnulla etiamdum addam; veteres autem id non nescivisse etiam ex loco patet, quo id opus in indice Diogenis memoratur. Neque enim post quinque Ethicorum libros refertur, (ed. Cob. 116. v. 16) sed inter opera, quae vel ut πραγματεία τέχνης ποιητικῆς α΄ β΄ iam constat excerpta esse, vel quorum nomina tantum non eorum conditionem ipsa indicant τεχνῶν συναγωγὴ α΄ β΄, τέχνη α΄, ἄλλη τέχνη α΄, β΄, (post septem volumina Anatomon, quae hic referri videntur ob excerptum:) ἐκλογὴ ἀνατομῶν α΄, denique post θέσεις ἐπιχειρηματικαὶ πέντε καὶ εἴκοσιν. (ib. v. 33.) Habemus hic θέσεις et Strabo nobis narrat veteres Academicos ante Apellicontem integros Aristotelis libros in primis esotericos non habuisse, „ἀλλὰ (συνέβη αὐτοῖς) θέσεις ληκυθίζειν." Quid igitur sunt θέσεις? Me iudice eaedem sunt ac ἐκλογαί, ὑπομνήματα, συναγωγαί, et quae aliae aliis nominibus apud Diogenem occurrunt Anthologiae ex philosophi operibus, quae cum minoris venirent, quam genuina opera, tractu temporis fecerunt, ut genuina ex usu hominum perirent. Ex tali anthologia (fortasse περὶ μουσικῆς α΄) delibata mihi videntur, illa quae apud Diogenem proferuntur ἀποφθέγματα, quae si quis attente consideraverit, facile videbit esse τὰ θρυλούμενα in ludis, non dicta philosophi; ut: ὡς ἡ μὲν ὅρασις ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἀέρος λαμβάνει τὸ φῶς, ἡ δὲ ψυχὴ ἀπὸ τῶν μαθημάτων: τῆς παιδείας τὰς μὲν ῥίζας εἶναι πικράς, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς: τριῶν δεῖν παιδείᾳ, φύσεως, μαθήσεως, ἀσκήσεως.

cf. Ciceron. pro Arch. „Atque idem ego contendo, cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quaedam conformatioque doctrinae, tum nescio quid praeclarum atque singulare solere existere: *τὴν παιδείαν ἐν μὲν ταῖς εὐτυχίαις εἶναι κόσμον ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις καταφυγήν: κάλλιστον ἐφόδιον τῷ γήρᾳ:* Apud Cicer. pro Arch. plenius idem profertur: haec studia adolescentiam agunt, senectutum oblectant, (?) [1]) secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium praebent, delectant domi, non impediunt foris etc."

Itaque etiamsi Cicero non totos habuit libros de optimo rei publ. statu, habuit tale florilegium quod iam *περὶ μουσικῆς* vocemus, in quo verisimile est, etiam eam disputationem delibatam fuisse, de cuius nexu eius testimonio usi sumus supra. Quod utut est, veteres satis sciebant, opus quod nunc *τὰ πολιτικὰ* inscribitur, non esse Aristot. sed esse epitomen. Eo minus autem decipi potuerunt, quod paucis capitibus secundi libri et passim (exempli gr. libri VI (IV.) 4. 1291 a. 11—33 media in enumeratione partium urbis, VIII (V.) 12. (1316.)) videbant disputationum partes ex Arist. operibus *τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος α' β' γ'* et: *τὰ ἐκ τῆς πολιτείας, α' β'*: in libro primo paucis capitibus disputatio confusa de oeconomia, de quo habebant *οἰκονομικὸν α'*, in libro III (passim) confusae disiunctaeque partes libelli, quem Bernays (in opere saepius laudato „Die Dialoge" p. 53) probavit dialogum fuisse, cum vestigia dialogi etiam dum conspicua sunt. Ultimam hanc meam coniecturam non brevius et efficacius demonstrare possum quam

---

[1]) Fortasse: sublevant.

describendo Spengelii (Stud. Arist. III. p. 79) verba, ad p. 1287. c. 16: „facile quis coniiciat, verba, quae praecedunt variam esse lectionem eorum, quae initio capitis leguntur" ..... (nos, quid statuamus de tali varia lectione, dicere necesse non est.) Deinde (ipsam permutationem quo iure fieri voluerit non quaero): „omnia p. 1287. 23 ἀλλὰ μὴν ὅσα γε .... κατὰ τὸ ἔθος b, 8, aliunde translata huc non pertinent ...... (ostendit quod facile pro se quisque videat, sententias dissolutas esse.) „Haec igitur quae neque cum iis quae praecedunt, neque cum iis quae sequuntur concinnunt unde sunt translata? puto verum me locum invenisse, quo si inseruntur, omnia aptissime conveniunt; supra p. 1286. 20" (quae ante V. 20 leguntur non minus sunt dissecta et quasi obesa) „ἀλλὰ ἴσως ἂν φαίη τις ὡς ἀντὶ τούτου βουλεύσεται περὶ τῶν καθ' ἕκαστα κάλλιον, respondent adversarii ea, quae infra posita sunt: ἀλλὰ μὴν ὅσα γε μὴ δοκεῖ δύνασθαι διορίζειν ὁ νόμος, οὐδ' ἄνθρωπος ἂν δύναιτο γνωρίζειν, contrarii et hic particula ἀλλὰ utentes opponunt ἀλλ' ἐπίτηδες παιδεύσας ὁ νόμος etc. τῶν κειμένων, pergunt illi adversarii: ergo ex hoc ipso sequitur νόμον multum praestare ὁ μὲν οὖν τὸν νόμον ... aptissime iam accedit confutatio eorum qui legem Aegyptiacam ad refellendos adversarios attulerant; quibus disputatis iure conclusio additur ὅτι μὲν οὖν ἀνάγκη νομοθέτην etc."

Supersunt igitur in hisce vestigia libelli περὶ βασιλείας α', indicati apud Ciceronem de Legib. III. b. 14. Sed non solum περὶ τῶν τρόπων τῆς ἀρχῆς in eo libello disputabatur, sed etiam περὶ τῶν τρόπων τῆς ἀρετῆς, et huius quoque disputationis vestigia III 4 et passim supersunt, ut 1277 a. 13: ἀλλ' ἆρα ἔσται τινὸς ἡ αὐτὴ ἀρετὴ πολίτου τε σπουδαίου καὶ ἀνδρὸς σπουδαίου; ib. 25. ἀλλὰ μὴν ἐπαινεῖταί γε τὸ δύνασθαι ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι, καὶ πολίτου δοκίμου (lege δο-

κεῖ μοι) ἡ ἀρετὴ εἶναι τὸ δύνασθαι ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι καλῶς. 1284 b. 27; ἀλλ' ἄν τις γένηται διαφέρων κατ' ἀρετήν τι χρὴ ποιεῖν: οὐ γὰρ δὴ φαῖεν ἂν (φαίης ἄν?) δεῖν ἐκβάλλειν καὶ μεθιστάναι τὸν τοιοῦτον;

ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἄρχειν γε τοῦ τοιούτου· λείπεται τοίνυν ὅπερ ἔοικεν πεφυκέναι, πείθεσθαι τῷ τοιούτῳ .... ὥστε βασιλέας εἶναι ... ἀϊδίους ἐν ταῖς πόλεσιν.

Oculis videmus ex eodem argumento haec atque illa esse, at etiam afferam Ciceronis testimonium ad Q. Fratr. III. 6. 1, ut simul ex ultimis Arist. verbis Ciceronem emendem: Legitur enim ibi: „Aristotelem, quae de republica et praestante viro scribat, ipsum loqui;" legendum erit: Ar., quae de [regnante in] republica et praestante etc.

Et iam post haec omnia patet, quae fides sit tribuenda narrationi Strabonis. Missam facimus primam partem, qua narratur Appellicontem bibliothecam ipsam Aristotelis et Theophrasti emisse. Haec res et per se non est verisimile et nostri operis conditione refellitur; idque etiam magis videbit, si quis animum attenderit ad scholia, quae in hoc opere insunt, et quae iam ante Pellicontem verisimile est, in ipso contextu fuisse. [1]) Exempli gratia (Libr. VIII. (V.) 1302. b. 34. ubi disputatur de civitatium mutationibus, Aristoteles scripsisse videtur γίγνονται δὲ καὶ δι' αὔξησιν τὴν παρὰ τὸ ἀνάλογον μεταβολαὶ τῶν πολιτειῶν. ὥσπερ γὰρ σῶμα [ἔμψυχον] ἐκ μερῶν συγκεῖται καὶ δεῖ αὐξάνεσθαι ἀνάλογον ἵνα μένῃ ἡ συμμετρία, εἰ δὲ μή, φθείρεται, οὕτω καὶ


---

[1]) Constitueram iam hisce adiungere dissertatiunculam de scholiis: sed quia postea satius mihi visum est, iudicium doctorum exspectare de tirociniis, id in posterum distuli, itaque veniam peto, quod ne faciam quidem, quod p. 8. promisi, me esse facturum. Ne autem plane sine argumento viderer dixisse, Appelliconten iam scholia legisse interserta, simul ut pateret quae ineptiae ab editoribus concoquerentur, unum hoc exemplum protuli.

[πᾶσα] πόλις. Ecquid desideras? Iam vide quam turpiter hanc συμμετρίαν δι' αὔξησιν τὴν παρὰ τὸ ἀνάλογον confuderit, qui inter φθείρεται et οὕτω haec insulsissima addiderit: „ὅταν ὁ μὲν ποὺς τεττάρων πηχῶν ᾖ (!) τὸ δ' ἄλλο σῶμα δυοῖν σπιθαμαῖν (!) ἐνίοτε δὲ κἂν εἰς ἄλλου ζῴου μεταβάλλοι μορφὴν (!) εἰ μὴ μόνον κατὰ τὸ ποσὸν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ποιὸν αὐξάνοιτο παρὰ τὸ ἀνάλογον," — οὕτω καὶ πόλις. Bonus autem Apellicon credidisse videtur lacunam esse post πόλις, itaque addidit: σύγκειται ἐκ μερῶν, ὧν πολλάκις λανθάνει τι αὐξανόμενον.

Sed quid Strabo in hac re scire potuit praeter id, quod, qui libros veteres et ex uligine semesos Appelliconti φιλοβίβλῳ μᾶλλον ἢ φιλοσόφῳ vendidere, narrare voluerunt? De hac igitur re eius fides nulla est. Sed de raritate librorum Aristotelis ante Apelliconteni non est, quod Straboni diffidamus, neque ita absonum est, Apellicontem veteres libros olim defossas emisse. Nostrum autem Politicorum opus sic natum esse videtur. In ea bibliotheca fuerint nonnulla disiuncta ex diversis Aristot. operibus folia semesa. Haec conjunxerit Apellico uno volumine „ἀναπληρῶν οὐκ εὖ." Sed ipsos veteres non decepit. Quum autem de eius probitate non diffiderent, et tamen satis scirent, illud corpus non esse ἀκρόασιν πολιτικὴν 'Αριστ. „pluribus" conscriptam, primum dixerunt eam esse διασκευὴν Theophrasti; cumque ne Theophrasto quidem auderent, tot insulsas sententias, tot soloecismos et barbarismos adscribere, praeterea affirmabant: Appellicontem „ἐκδεδωκέναι τὰ βιβλία ἁμαρτάδων πλήρη."

Haec igitur est nostra sententia de Arisiotelis qui vocantur libris de Republica octo. „πρὸς δὲ τοὺς ἀμφισβητοῦντας, ἐάσαντας ἐπὶ τῆς νῦν μεθόδου, διασκεπτέον ὕστερον, εἴ τις τοῖς εἰρημένοις τυγχάνει μὴ πειθόμενος."



TYPIS [illegible] VAN NIFTERIK HZ